



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

47.-62
(LN bis 117)
Box
DA

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Friderich Hertzog.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

PARADIGMA NOMINUM IN EUS.

N.	G.	D.	Acc.	V.	Abl.
eus	ei	eo	um	eu	o.
	ei	ei	ea		
	i	i	on		

Et ſic olim dixerunt pro Vliſses. Vliſseus: pro Achilles, Achilleus: pro Orontes, Oron, teus: pro Moſes Moſeus. etc.

Paradigma propriorum in os per ω ut Androgeos, Apollos.

N.	G.	D.	Acc.	V.	Abl.
os	o	o	o vel on	os	o.

Dido, Echo, Sappho etc. in o omega præter regularem motionem sic quoq; flectuntur ut Genitivo us habeant, reliquis caſibus o. Ieſus Acc. um habet cæteris caſibus u.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

ANTONII CAUCII

GRAMMATICA LATINA SUMMO COMPENDIO SCRIPTA IN USUM

Illuſtriſsimorum Clementiſsimorumque Principum D. Friderici & D. Philippi, Fratrum, Ducum Sleſuici & Holſatiæ, &c.

ANTUERPIÆ,
Ex Typographia Ægidij Radæi.
Anno 1577.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

IL
MEN
dom
fr

multa
quære
gram
ad ing
compo
pruder
gis, qu
quider
cii reli
teneri
re poſ
ligo : i
conter
amor
exerci
tis ma
doles l
optem
gratias
De
tur,au
nem a
mone
quæ i

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

ILLUSTRISSIMIS AC CLEMENTISSIMIS PRINCIPIBUS AC

dominis, Domino Friderico & Domino Philippo, fratribus, Norvagiæ hæredibus, Ducibus Sleſuici, Holſatiæ, Stormariæ, & Dithmarſiæ, Comitibus in Oldemburgk & Delmenhorſt, dominis ſuis Antonius Caucius.

S. D.

ETSI fama eſt, Principes Illuſtriſsimi, ante noſtram ætatem penè 360 Grammaticas prodiiſſe, hanc nihilo minus vobis pueris præſcripſi, quòd quæ ſatis breviter neceſſaria complecteretur vidiſſem nullam. Non equidem dubito, quin in tanto Grammaticorum numero multi multa benè ſcripſerint, attamen quia non ſuppetebat qualem quærebamus, malui ingenio meo uti & ea, quæ principes artis grammaticæ doctores fuſiùs tradiderunt contrahere, quàm vel ad ingenii oſtentationem natas grammaticas, vel diſpendioſa compendia vobis proponere: hæc ratio negligentiæ eſt, illa imprudentiæ, utraque ſanè fugienda, niſi fortè quis ſuis rebus magis, quàm diſcipulorum utilitati ſtudendum cenſeat. Licuiſſet quidem per homines propoſitarum viarum alteram ſequi, & ocii reliquum in privata ſtudia conferre, at eo ſum ingenio, ut teneri mihi videar nõ modò ad ea, quæ mortales imponere jure poſſunt, verùm etiam ad omnia quæ me præſtare poſſe intelligo: itaque non ambitio, (nam quid gloriæ ex tam humili & contemto labore?) nec cujuſquam odium, ſed officium, fides & amor veſtri me ad ſcribendum appulerunt, etiamſi domeſtica exercitia, inſtitutio literaria, & morum formandorum cura ſatis magno oneri mihi eſſe videri potuerit. Excitabat etiam indoles laudatiſsima, & ingeniorum fœlicitas, quibus fœliciora ſi optem amens ſim: quod mecum recognoſcere & Deo opt. max. gratias agere immortales, vos cupio.

De opuſculo Principes illuſtriſsimi nihil dico, res ipſa loquatur, aut æqui æſtimatoris ſit judicium, non enim libet mangonem agere: tantũ hoc repeto, quod frequenter omnes diſcipulos monere ſoleo, omnia hîc neceſſaria ſumma brevitate expediri, quæ in Rudimentis Etymologicis non ſunt à nobis præmiſſa:

nam ſi quæ ab aliis inſeruntur, ea exiſtimo cõmodiùs & tutiùs in Autorũ enarratione tradi, cùm ingenia cõfirmatiora faciliùs & minore negocio illa admittát. Figurarum conſtructionis nomina ſuppreſsi, quòd vocũ græcarũ ignorantia pueros implicare ſoleat, ut & latinarũ ſecundaria acceptio: orationis tamẽ ſtructurã & varietatem ſatis dilucidè docuiſſe arbitror eventu cõprobante, tua enim celſitudo, Friderice princeps, unius anni decurſu nõ ſolùm Orthographiã, id eſt legere & ſcribere, verũ etiam Etymologiã atq; Syntaxin tam fœliciter perdidicit, ut ſuo marte adjuta germanico tantùm exẽplo literas ad Germaniæ Principes dederit magna cũ omnium admiratione. Quod supereſt Illuſtriſsimi Principes hos labores veſtra cauſa ſuſceptos, & nomini veſtro mancipatos benignis animis ſuſcipite, magni pẽdite, & uſu frequenti recolite: quã enim vobis utiles extiterint re ipſa edocti etiã in tã tenera ętate agnoſcitis. Porrò ſi hoc officij genus vobis gratũ eſſe quoquo modo declaraveritis, me ad graviora obeũda excitabitis. Ac ſi quis injecerit ſatiùs fuiſſe ex tot grammaticarũ plauſtris aliquã deligere, quã ingentem illũ numerũ augere, non deerit credo vobis quo homini os obturetis: næ iniqui mihi illi videntur qui in me dãnant quod in aliis laudant: in illos quod æquũ fuit, in me qui ſit iniquũ? cur mihi non idẽ liceat quod illis? quod tam multis? Scriptitarunt illi ſuis, ego meis: multa illi benè, ego fortè non minùs. idem, fateor, ago quod multi, ſed nõ eadem methodo & via. Quare, Principes illuſtriſsimi, miſſum facite hoc hominũ genus, quibus judicantibus reliquos chartæ perdendæ operã navare ſoli proprij fœtus placent; miſſos, inquã, illos facite, & animos quos in edendo tyrocinio ſumſiſtis nunquã deponite. Quæ cohortatio mea Principes, ſi apud vos pondus habuerit, habebit autẽ, omne laboris tædiũ, quod nondũ ſenſiſtis vel certè diſsimulaviſtis, effugietis: nec ſolũ pueri veſtri nobiles Ranzovii, Qualii, Hagius, Von der wiſch, Pogvviſcius, omnesq; veſtri juris incolæ in vos intuebũtur, ſed tota Germania in admirationem rapta eximiã de vobis ſpẽ cõcipiet, cũ audiet vos unius anni ſpacio ita eſſe provectos, ut literas cognoſcere, legere, loqui, & epiſtolas latinas ſcribere didiceritis. Paucorũ ego hîc fidẽ expecto, nam pleriq; negabũt & hyperbolen ſuſpicabuntur: qui ſanè difficiliores ſeſe præbebunt audientes vos in prima ætate Palladi nomina dediſſe, cùm alter quintum annum ageret, alter ſeptimum. Valete, & me propediem expectate. Antuerpia 5. Septembris 1577.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

GRAMMATICA LATINA ANTONII CAUCII.

G*Rammatica eſt ars quæ legendi, ſcribendi, intelligendi, recteq́ꝫ, loquendi rationem docet.*

Grammaticæ partes quatuor.

Orthographia, *tradit litterarũ vim & facultatem,*
Proſodia, *accentum ac ſyllabarum quantitatem,*
Etymologia, *dictionum accidentia,*
Syntaxis, *aptam orationis ſtructuram.*

DE LITERIS.

Literæ ſunt, a, b, c, d, e, f, g, h, i, j, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, u, v, x, cum græcis y & z. Ex his vocales ſunt a, e, i, o, u, & y, cæteræ conſonantes: omnium autem poteſtas ex abecedariis tabellis nota cùm ſit, reliquæ differẽtiæ in Proſodia proponentur. Proſodiæ verò ultimum locum aßignavi, quòd neceſſariam accentus cognitionẽ Præceptor facilè ſit ſuggeſturus, quæ alioqui, niſi vocibus intellectis, integrè percipi nequit.

DE ETYMOLOGIA.

Cùm latè admodum Etymologia pateat, conſultò Rudimenta præmiſi, ne tenera tyronum ingenia continenti & longa præceptionum ſerie obtunderentur: nũc reliqua vocum accidentia explananda veniunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

DE GENERIBUS NOMINUM.

Genus cognoſcitur ſignificatione, nominativi terminatione, vel ſola probati Scriptoris autoritate.

Maſculina ſunt ſignificatione, nomina

Virorum, *ut Socrates, Fridericus.*

Virilium officiorum, *ut conſul, propheta, fidicen.*

Ventorum, *ut Boreas, Auſter.*

Fluuiorum, *ut Albis, Arar, Sequana. Præter fœminina Styx & Lethe.*

Menſium, *ut Aprilis, September.*

Partiū aſsis, *excepta uncia, ut ſextās, bes, quincunx, & ejus compoſita, ut ſemis, decuſsis, centuſsis.*

Fœminina ſunt ſignificatione, nomina

Mulierum, *ut Xanthippe, Dido.*

Muliebrium officiorum, *ut mater, nutrix.*

Arborum, *ut ceraſus, pyrus, quercus. Sed ſpinus & oleaſter maſculina ſunt: neutra autem acer, robur ſeu robor, ſiler, quibus addunt ſuber & thus.*

Regionum, *ut Aegyptus, Perſis, Germania.*

Inſularum, *ut Cyprus, Samos.*

Urbium, *ut Neapolis, Tarteſſus. Verùm Sulmo & Agragas maſculina ſunt: neutra verò Zeugma, Reate, Cere, Præneſte, Tybur, Gadir, cum barbaris Cim, Iſpal, Sutul, Nepet.*

Anxur maſculino & neutro genere reperitur.

Neutra ſunt ſignificatione, nomina

Literarum, *ut a, b, c, &c. A magnum, &*

Vocabula τεχνικῶς uſurpata, *ut Cæſar eſt diſſyllabū, aut aliunde ad nominum claſſem traducta, ut ſcire tuum nihil eſt, Quando veniet illud cras?*

Huc referunt, *omnia appellatiua* ἄκλιτα, *ut pondo, pedum, nil, nihil, fas, nefas, ſemis, virus, ſubtel, ir, git, frit, mille ſubſtantivum, cum deſinentibus in i & u, ut gummi, gelu.*

Communia.

Quæ conveniunt viris ac mulieribus ſunt generis communis, ut hic & hæc homo, auriga, comes, conviva: bos, ſus. Hujus loci ſunt quædam verbalia in or, ut autor, ſponſor, defenſor, à quo quidam defenſtrix formavit.

Dubia ſunt autoritate, hæc,

Talpa, dama, margo, bubo, cupido pro cupiditate, Python, dies numero ſingulari, torques ſeu torquis, anguis, clunis, finis, puluis, ficus pro fructu, penus, ſpecus, pampinus, ſcrobs, forceps, ſtirps pro trunco, ſerpēs, cortex, imbrex, obex, pumex, ſilex, calx pedis pars, lynx.

TERMINATIONES

In a primæ declinationis fœminina ſunt, ut hæc ſchola, menſa. Præter maſculina hic cometa, planeta & Adria pro ſinu maris.

Tertiæ declinationis in a, vel pluralia tantùm ſunt neutri generis, ut hoc poëma, dogma: hæc arma, caſtra.

In e neutra ſunt, ut hoc mare, cubile. Sed quæ prima declinatione flectuntur: græca ſunt & fœminina,

ut hæc epitome, ſyncope.

In i ſunt generis neutri, ut hoc gummi, ſinapi. Verùm pluralia tantum ſunt ſemper maſculina, ut hi cani, cancelli.

In o maſculina ſunt, ut hic ſermo, ordo. Demtis grando, caro, talio, cum hyperdiſſyllabis in do & go, ac verbalibus in io, quæ ſunt fœminina, ut hæc dulcedo, imago: opinio, perſuaſio, lectio.

In u neutra ſunt, ut hoc cornu, genu.

Lac neutrum eſt: halec maſculino, fœminino & neutro genere reperies.

In d, al & el neutra ſunt, ut quid aliquid: vectigal, minutal: mel fel. Sal neutrum eſt & maſculinũ.

In il & ol maſculina ſunt, ut hic mugil, ſtrigil: ſol.

In um neutra ſunt omnia, ut hoc ſcamnum, lorum.

In an & in ſunt generis maſculini, ut hic pæan, titan: delphin.

In en neutra ſunt, ut hoc flumen, lumen. Exceptis maſculinis ren, ſplen, lien, pecten, lichen, atagen.

In on tertiæ declinationis maſculina ſunt, ut hic canon, gnomon. Præter fœminina hæc icon, ſindon. Quæ verò ad ſecundam declinationem pertinẽt neutra ſunt omnia, ut hoc Symbolon, Sympoſion, lytron.

In ar neutra ſunt, ut hoc calcar, torcular. Sed fœmininum eſt lucar auis nomen, & baccar.

In er ſunt maſculina, ut hic ager, liber, imber, tuber pro fructu, cucumer. Sed linter fœmininum eſt. Iter, ſpinter & acer neutra ſunt cum cæteris quæ ber aut ver finiunt, aut terræ fructus ſignificant, ut uber,

tuber: ver, cadauer: piper, cicer.

In or maſculina ſunt, ut hic color, honor. Fœmininum eſt arbor: Neutra ſunt cor, ador, marmor, æquor.

Quæ ur finiunt neutra ſunt, ut hoc jecur, ſulphur, præter maſculina hic furfur, turtur, vultur.

In as fœminina ſunt, ut probitas, pietas. Demtis maſculinis as, mas, vas, vadis, cum græcis primæ declinationis, ut tiaras: aut tertiæ, quæ genitiuum per antis faciunt, ut gigas, elephas, adamas, &c.

Vas vaſis neutrum eſt.

In es fœminina ſunt, ut hæc ſedes, fames, ſeges, res, compes. At maſculina ſunt hic gurges, fomes, poples, palmes, ſtipes, ceſpes, termes, trames, limes, aries, paries, verres, pes cum compoſitis, tudes, trudes, dies, quod ſingulari numero fœmininum quoque eſt, meridies, cũ græcis magnes, hæmathites, tapes, lebes, cometes, planetes, acinaces &c.

Neutra ſunt, æs, hippomanes, cacoëthes.

In is ſunt fœminina, ut hæc cutis, febris, pixis.

Maſcula ſunt panis, penis, crinis, cinis, ignis,
Et funis, vectis, piſcis, faſcis, lapis, amnis,
Ac fuſtis, poſtis, cumq; axis, vermis & unguis,
Et collis, callis, follis, glis, ſanguis & enſis,
Menſis, maialis, vomisq; & corbis & orbis,
Torris, natalis, cucumis, riualis, aqualis,
Et caulis, caſsis meliùs plurale, jugalis.

In os maſculiua ſunt, ut hic flos, lepos, monoceros. Arbos, cos & dos fœminina ſunt: neutra verò os oſsis, & os oris, cũ quibuſdã græcis, ut hoc telos, melos, chaos.

Nomina ſecundæ aut quartæ declinationis in us ſunt maſculina, ut hic annus, turdus, catalogus: currus, fructus.

Fœminina tamen ſunt, hæc domus, alvus, manus, acus, colus, vannus, porticus, tribus, humus, cum multis græcis, ut hæc arctus, papyrus, heremus, diphthongus, methodus, periodus, balanus, biblus, &c.

Neutrum eſt pelagus: vulgus maſculino & neutro genere uſurpatur.

In us tertiæ declinationis ſunt neutri generis, ut hoc corpus, crus, vulnus.

Maſculina ſunt lepus & mus, & græca à pus, ut tripus, chytrapus.

Fœminina porrò ſunt hæc pecus pecudis, incus, ſubſcus, palus, grus, tellus, virtus, ſalus, ſervitus, juventus, ſenectus.

In aus fœminina ſunt, ut hæc laus, fraus.

Quæ s finiunt præcedẽte conſonante fœminina ſunt, ut hæc ars, mors, trabs, plebs, mens, hyems. Maſculina ſunt, hic mons, fons, pons, dens, ſeps pro ſerpente, bidens pro bipalio, chalybs, torrens, hydrops, manceps.

In t neutra ſunt, ut hoc caput, ſyncipüt, occiput.

In ax fœminina ſunt, ut hæc pax, fax, fornax. Græca ferè maſculina ſunt, ut hic abax, thorax, limax.

In ex fœminina ſunt, ut hæc fex, lex, ſupellex, carex, vibex, forpex, forfex, &c. Verùm maſculinum eſt grex cum reliquis diſſyllabis, ut hic codex, frutex, podex, pollex, &c.

In ix fœminina ſunt, ut hæc nix, pix, radix, filix,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

cervix, lodix, perdix, cornix, &c. Maſculina ferè ſunt reliqua diſſyllaba, ut hic calix, fornix, varix, natrix, bombix, ſandix, ſpadix, &c.

In ox & ux ſunt generis fœminini, ut hæc nox, vox, lux, nux, crux, faux. Volvox & eſox maſculina ſunt.

In x præcedente conſonante ſunt fœminina, ut hæc arx, falx, calx, lanx.

Repetitio quarundam terminationum quæ regulis de ſignificatione nihil cedunt.

Pluralia in i maſculina ſunt, in æ fœminina: ſed ſingularia in i, u, um, & pluralia in a neutra ſunt ſemper, niſi hominum populorumq; nomina excipienda cenſeas.

Appendix de nominum generibus.

Scriptores interdum cùm ſignificationis, tum terminationis regulas neglexêre, reſpicientes nomen aliquod commune, aut rei intellectæ genus aut ſexum, ut

Albula ſignificatione maſculinum eſt, ſed Ovidius dixit Albula pota Deo, quia aquam intelligit. Gadir & Tibur et ſimilia neutra habentur, quia oppida ſunt.

Et literarum nomina fœminine aliquando efferuntur ob generis nomen, litera.

Oſſa terminatione fœmininum eſt, ſed additur illi quandoque adiectivum maſculinum propter commune nomen, mons. Bubo quoque maſculinum eſt, verùm ſola bubo dixit Virgilius, quia generis nomen, avis, fœmininum eſt. Sic, Centaurus magna, quia Centaurus eſt navis nomen, & Scelus ludificatus eſt virginem, ubi adiectivum non ad Scelus, ſed ad hominem

ſceleſtum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

ſceleſtum, ſceleratum, & ſcelere contaminatum accõmodatur. Vide plura in Syntaxi.

Anſer fœta, Anſer quæ incubat ovis, dicitur diſcernendi ſexus gratia.

DE HETEROCLITIS SUBSTANTIVIS.

Genus in plurali mutant.

Locus	pluraliter.	*loci & loca*
ſibilus		*ſibili & ſibila*
jocus		*joci & joca minùs uſitatè.*
frenum		*frena & freni*
raſtrum		*raſtra & raſtri*
capiſtrum		*capiſtra & capiſtri*
balneum		*balnea & balneæ*
epulum		*epulæ.*
delicium		*deliciæ.*
cœlum		*cœli*
porrum		*porri*

Hæc, olim etiam hic, carbaſus pl. carbaſa. Supellex, ſupellectilia. Sic & propria quædam Græcorum more utroque numero declinata, ut

Tartarus	pluraliter.	*Tartara*
Avernus		*Averna*
Dyndimus		*Dyndima*
hæc Pergamus		*Pergama*
hoc Argos		*Argi, & ſimilia, quæ utrobiq; unum quiddam ſignificant.*

Decli-

Declinationem in plurali variantia.

Epulum, delicium & balneum in plurali ſunt primæ declinationis. Vas vaſis, & pluraliter vaſa, vaſorum, vaſis, in ſecunda declinatione.

DEFECTIVA NUMERO.

Propria utroque numero vix declinantur, ut Socrates, Roma: Pariſii, Athenæ.

Maſculina rarò pluralia.

Aër, æther, baltheus, carcer, ceſtus, fimus, fumus, juſſus, limus, mundus, muſcus, nemo, penus, pontus, pudor, pulvis, ros, ſanguis, ſol, ſopor, ſupparus, veſper.

Fœminina rarò pluralia.

Vita, ſalus, ſoboles, proles, mors, gloria, tellus,
Lux, fuga, fama, lues, humus, & contagio, pubes,
Paupertas, cholera, alvus, plebs, ſitis & pituita,
Talio, gaza fames, bilis, cumq́; indole tuſſis,
Culpa, ſtrues, labes, tabes, proſapia, peſtis.

Neutra rarò pluralia.

Ver, pelagus, ſenium, ſoliumq́;, ſalumq́;, ſolumq́;,
Lethum, juſtitium, fel, cœnum, vulgus & ævum,
Nil, nihil & nihilum, pus, virus, faſcinum & album,
Hinc jubar, atque gelu, penusq́;, lutum atque macellũ,
Fasq́; nefasq́;, pedum, cum mane, neceſſe, neceſſum.

Appendix.

Præter jam dicta pluralem vix recipiunt nomina artium, ætatum, virtutum, vitiorum, metallorum, ſeminum, terra naſcentium, liquorum, aliarumq́; rerum, quæ ad menſuram penſumq́; pertinent, cum pleriſque

riſque quintæ declinationis, ut Grammatica: pueritia, ſenectus: avaritia, inſania: aurũ, argentum: triticum, piper: crocus, fœnum: oleum, mulſum, mulſa: ſinapi, ſal, butyrum, pix: rabies, ſanies, requies, fides, &c.

Maſculina rarò ſingularia.

Annales, antes, artus, cancelli, cani, cœlites, faſti & faſtus, fori, furfures pro porrigene, lemures, liberi, loci, loculi, ludi pro ſpectaculis, manes, menſes, natales, pugillares, ſentes, vepres. Item inferi, ſuperi, Penates, Quirites, majores, minores, juniores, poſteri, magnates, primates, optimates, ſummates, infimates, proceres, primores, gemini, & piſces pro ſigno cœleſti.

Fœminina rarò ſingularia.

Aedes, Alpes, ambages, antæ, antiæ, apinæ, argutiæ, bigæ cum cognatis, blanditiæ, calendæ, cantes, ceremoniæ, Charites, Gratiæ, clitellæ, copiæ, crates, cunæ, decimæ, Diræ, divitiæ, excubiæ, exequiæ, exuviæ, facetiæ, fauces, fores, fortunæ, genæ, grates, habenæ, idus, induciæ, inferiæ, inſidiæ, lactes, latebræ, literæ, manubiæ, minæ, minutiæ, neniæ, nonæ, nugæ, nundinæ, nuptiæ, offuciæ, opes, partes pro factione, phaleræ, plagæ pro reti, primæ cum cognatis, primitiæ, præſtigiæ, quiſquiliæ, reliquiæ, ſalebræ, ſcalæ, ſcopæ, ſordes, tenebræ, thermæ, tricæ, valvæ, vergiliæ, vigiliæ, vires.

Neutra rarò ſingularia.

Arma, bellaria, caſtra, æſtiva, hyberna, ſtativa, comitia, crepundia, cunabula, effata, exta, flabra, genitalia, ilia, juga, juſta, luſtra, magalia & mapalia, mœnia, munia, palearia, parentalia, paſcua, præcordia, pudenda

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

denda, repotia, roſtra, ſerta, ſpolia, ſponſalia, teſqua, tempe, tranſtra, verenda, vinacea.

Appendix.

Plurali numero efferuntur pleraque feſtorum librorúmque nomina, ut Volcanalia, Bacchanalia, Latinæ, Neomeniæ: Biblia, Bucolica, Georgica, Rhetorica orum.

Defectiva Caſibus.

Nominativo ſingulari carent, vicis, dapis, frugis, precis, opis.

A vis non extat dativus, cujus pluralis loco vires dicimus.

Iugerum mutuatur genitivum pluralem ex tertia declinatione ab obſoleto juger, à quo tantùm extant jugeris, jugere, jugerum, jugeribus.

Hæ ſuppetiæ & has ſuppetias invenies, ut & repetundarum in genitivo, & repetundis ablativo caſu.

Neceſſe, neceſſum & opus nominativo & accuſativo uſurpantur.

Inficias eſt ſolus accuſativus.

Mactè vocativo tantùm dicitur.

Soli ablativi ſunt noctu, diu, natu, promtu, libitu, lubitu, ſponte, impete, fortè: quibus addunt permiſſu, juſſu, arbitratu, oratu, rogatu, eventu & verbere à verber, cujus pluralis integrè movetur, verbera, rum, ribus.

Aes, far, thus, jus, mel, defrutum, hordeum, mare, grates, cum plerisque quintæ declinationis genitivo, dativo & ablativo plurali carent.

Quædam

Quædam non unius declinationis.

Oreſtes hujus Oreſtæ in prima declinatione, & Oreſtes hujus Oreſtis in tertia. Sic Orõtes, æ. Vel is, &c.

Oedipus huius Oedipi, & Oedipodis. Polypus hujus Polypi & Polypodis, & ſimilia à πȣ̃ς compoſita.

Ficus pro arbore vel fructu ſecunda & quarta declinatione flectitur: at pro morbo tantùm ſecunda.

Hic & hæc penus hujus peni & penus: & hoc penus, oris. Sic hic & hæc ſpecus, hujus ſpeci & ſpecus: & hoc ſpecus, oris: nec non hoc ſpecu indeclinatum. Sed utrumque maſculino genere & quarta declinatione frequentius eſt.

Porrò ſunt & alia partim ſecundæ, partim quartæ declinationis nomina, ut domus, quod ſic movetur.

N. domus. G. domus & domi. D. domui. Acc. domum. Voc. domus. Abl. domo. & plural. N. domus. G. domuum & domorũ. D. domibus. Acc. domos & domus. Voc. domus. Abl. domibus. Talia ſunt colus, lacus, cum multis arborũ nominibus, ut laurus, quercus, cornus, pinus, quorum uſum docebit lectio.

Neutra feſtorum nomina tertiæ declinationis geminum recipiunt genitivum, ut Bacchanalia Bacchanalium & Bacchanaliorum: Saturnalia Saturnaliũ & Saturnaliorum, &c.

Abundantia, ſeu Synonima ſolo fine diſcrepantia.

Alluvium, alluvies, ei, & alluvio onis: Angiportus, angiportum.

Barbytus, barbytum: baptiſmus, um, & hoc baptiſma.

Commentarius,um: chirographus,um: cingulum & cingulus hominum & aliarum rerum, cingula æ beſtiarum: ceraſum & ceraſus pro fructu.

Delphin,delphinus: Elephas,elephantus.

Fretum & olim fretus hujus fretus.

Galerus,um: ganea & ganeum: gobius,gobio.

Hebdomas hebdomada: hemiſtichiũ & hemiſtichius.

Iuventus,juventa: jubilus,jubilum.

Lampas,lampada: lanius,lanio: lebes,lebeta: ludius, ludio.

Menda & mendum: materia,ies: maceria,ies: mundus & mundum pro muliebri ornatu: mulctrum, mulctra & mulctrale.

Nuncius & nuncium pro re quæ nunciatur.

Papyrus,rum: pavus,pavo: pileus,um: piſtrina,um: punctus,um: poſtica,um. Rapa,um.

Syngrapha,um,& us: ſenecta,ſenectus,ſenium: ſcorpius,ſcorpio: ſtrabus,ſtrabo.

Tonitru & hic tonitrus: tribulum & tribula æ.

Viſcus,ci & viſcum.

Xyſtus,um. Plura hic congere ſupervacaneum foret.

DE GENERIBUS ADIEctivorum.

Adiectiva unius vocis ſunt generis omnis, ut hic & hæc & hoc vetus,intercus,pauper,cicur. Cujus generis ſunt deſinentia in ar & ot niſi ſint comparativa, es,x,aut duas conſonantes. Huc pertinent ἄκλιτα, *ne-*

quam, frugi, utriusque numeri, & pluralia, quot? quotquot, quotcumque, aliquot, tot, totidem, quatuor, quinque, ſex, &c. centum.

Si duæ fuerint nominativi terminationes, prior generis communis erit, poſterior neutri, ut hic et hæc fortis, & hoc forte: hic & hæc fortior, et hoc fortius. Sic pluralia hi et hæ tres et hæc tria: hi et hæ plures, et hæc plura, nam plus à quo et genitivus pluris naturã adiectivi non videtur habere.

Si tres erunt terminationes, prima erit generis maſculini altera fœminini, tertia neutri, ut juſtus, a, um: tener, a, um: ſatur, a, um. Sic et pluralia tantùm, ut ducenti, æ, a: trecenti, æ, a, etc. à centum compoſita, ut et numeri diſtributivi bini, æ, a: terni, æ, a: quaterni, æ, a: quini, æ, a, etc. quæ ſingulariter elata pro cardinalibus capiuntur, ut ſepteno gurgite, pro ſeptem gurgitibus.

Sunt porrò adjectiva quæ bifariam declinantur, ut hic acer, hæc acris, hoc acre, vel hic et hæc acris, et hoc acre. Talia ſunt alacer, celeber, campeſter, paluſter, ſylveſter, ſaluber, equeſter, pedeſter, volucer, etc.

Notantur et alia, quæ ſecunda vel tertia declinatione flectuntur mutata terminatione, ut hilarus, a, um, vel hic et hæc hilaris et hoc hilare. Sic exanimus et exanimis: unanimus et unanimis: acclivus et acclivis: imbecillus et imbecillis cum quibuſdam aliis.

Expes nominativo et vocativo ſolùm reperitur. Cætera, cæterum ſine maſculino nominativo. Nominativo autem quæ carent, carent etiam vocativo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Ex his et quæ in comparatione dicentur, omnis adjectivorum heterocliſis eluceſsit.

DE COMPARATIONE.

Comparatur adjectiva tantùm, quorum ſignificatio augeri minuive poteſt, ídque quatenus eorũ comparationem uſus probavit.

Comparativus fit adjecta ſyllaba or ad poſitivi caſum in i deſinentem, ut doctus, i, doctior : niger, nigri, nigrior : fortis, is, i, fortior.

Deſinentia in r ſuperlativum faciunt addita ſyllaba rimus, ut niger, nigerrimus: teter teterrimus : hic acer vel acris, acerrimus, et ſic de reliquis quorum nominativus er vel is finit, ut alacer, ſaluber, celeber, etc.

Quæ aliter finiunt addunt ſsimus ad poſitivi caſum in i, ut doctus i, doctiſsimus : fortis, is, i, fortiſsimus, etc.

Exceptiones.

Sex in lis deſinentia ſuperlativum in limus faciũt, ut facilis, facilior, facillimus. Sic agilis, gracilis, humilis, ſimilis, docilis cum compoſitis.

Compoſita ex volo, dico, facio & loquor ſic cõparantur,

Benevolus	*benevolentior*	*benevolentiſsimus*
Maledicus	*maledicentior*	*maledicentiſsimus*
Magnificus	*magnificentior*	*magnificentiſsimus*
Grandiloquus	*grandiloquẽtior*	*grãdiloquẽtiſsimus,*

non ſecus ac ſi poſitivus in ens exiret.

Nequam, nequior, nequiſsimus: potis, potior, potiſ-

ſimus, etſi poſitivi caſuum ſint expertes.

Maturus, maturior, maturrimus & maturißimus: ſatur, ſaturior, ſaturrimus & ſaturißimus.

Dexter, dexterior, dexterrimus & dextimus: ſiniſter, ſiniſterior, ſiniſterrimus & ſiniſtimus: exter, exterior, extimus & uſitatiùs extremus: poſterus, poſterior, poſtremus.

Bonus, melior, optimus: malus, pejor, peßimus: magnus, major, maximus: parvus, minor, minimus.

Superlativo carent.

juvenis, junior: ſenex, ſenior: adoleſcens, adoleſcentior: dives, divitior: opimus, opimior.

Comparativo carent.

Multus, plurimus, multa plurima, multum plurimum numero ſingulari; nam plus pluris adjectivè non capitur. pluralis eſt hi & hæ plures & hæc plura. novus novißimus mutata nonnihil ſignificatione. nuperus nuperrimus.

Poſitivo carent.

Prior, primus: deterior, deterrimus: ocyor, ocyßimus: propior, proximus: ſuperior, ſupremus & ſummus: inferior, infimus: interior, intimus: ulterior, ultimus: citerior, citimus. Anterior ſine poſitivo & ſuperlativo. Horum pleraque alij à præpoſitionibus deducunt.

Comparatio periphraſtica.

Quibuſdam non ratio, ſed uſus comparationem negavit, ut almus, deſinentia in bundus uti cogitabundus, ſitibundus, moribũdus, & pleraque in us purum, ut in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

ut induſtrius, incurius, proprius, idoneus, arduus & ſimilia, quæ per periphraſin tantùm intendi remittiq́; poſſunt, ſic, magis induſtrius, maximè induſtrius, aut per adverbia minùs & minimè. Exſtant tamen piſſimus à pius, exiguiſſimus ab exiguus, & quædam alia.

Appendix de varia acceptione comparativi & ſuperlativi.

Comparativus & ſuperlativus in collatione. i. cum ſuis caſibus ſic efferuntur, Paulus eſt doctior Petro, & vobis. Virgilius eſt doctiſſimus poëtarum. Differunt autem Paulus eſt doctior omnibus, & Paulus eſt doctiſſimus omnium. Verùm extra collationem comparativus aliquando minùs ſignificat quàm poſitivus, ut viſus eſt mihi triſtior. i. ſubtriſtis: nonnunquam excedit ſuperlativum ſine ſuo caſu poſitũ, ut Etſi mihi cariſſimus es, longè tamen carior eris, ſi hoc feceris.

Superlativus ſine caſu ſuo valdè ſignificat ſupra poſitivum, ut Eſt vir doctiſſimus. i. valde doctus.

Per & ſub in compoſitis augent ac minuunt ſignificatum, ut peramarus, perarduus, pertenuis, ſubamarus, ſubtriſtis, ſubtenuis, &c.

DE DECLINATIONE.

Quæ ad primam, ſecundam, quartam, quintamq́; declinationem pertinent, ex Rudimentis peti poſſunt: de tertia tantùm hoc loco quædam tradenda veniunt, quæ rudimentis inſeri ob inſtitutam brevitatem non potuerunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Formatio genitivi in tertia declinatione.

N.poëma. G.poëmatis.
N.cubile G.cubilis.
N.ſermo G.ſermonis. Sed homo, nemo, turbo, cupido, ordo, cardo, margo, Apollo & fœminina in do & go mutant o in inis, ut homo hominis, &c. Caro carnis facit, Anio, Anienis, Nerio Nerienis.

Propria græca in o genitivo us habent, reliquis caſibus o, ut Sapho Saphus o, o, o, o.

Halec halecis: lac lactis.

L aſſumit is, ut ſal ſalis: ſol ſolis. Sed dices mel mellis, fel fellis.

Ad n addes is, ut Titan, Splen, Delphin, Dæmon. Excipe flamen, pecten, à cano compoſita & neutra quæ en in inis vertunt. Multa in on aſſumunt tis, ut biſon, chamæleon, horizon, Phaëton, Acheron, Phlegethon, &c.

Ad r accedat is, ut Cæſar, ~~Celtiber~~, anſer, amor. Excipies [imber] pater, mater, frater, uter, venter, accipiter, ~~cætera deſinentia in ber~~ [nomina mensium] & adjectiva in [ber,] cer aut ter quæ er in is mutant. Item ur in oris migrat in robur, ebur, femur, & jecur, quod jecoris, jecinoris & jocinoris, facit. Variant autem far farris: lar viri nomen lartis: hepar, hepatis ſeu hepatos: iter itineris: Iupiter Iovis: cor cordis.

As exit in atis, ut poteſtas poteſtatis. Demtis as aſſis: vas vaſis: mas maris, & quibuſdam quæ adis faciunt, ut vas vadis cum fœmininis græcis ut hebdomas, lampas, olympias, Pallas, &c. nam maſculina per

antis

antis moventur, ut Atlas, adamas, elephas. gigas.

Es mutabis in is, ut cædes cædis. Sed vertunt in etis penul. brevi aries, paries, ſeges, teges, abies, interpres, præpes, indiges, teres, hebes: & pen. longa quies, locuples, manſues cum plurimis græcis, ut lebes, tapes, magnes, Cres, Chremes, Dares, &c. Verùm propria regulam quoque ſervant, ut Chremes Chremetis, & Chremis, &c. A ſedeo nata idis faciunt, ut præſes, obſes, deſes: Præs autem hæres, & merces edis longa pen. quam pes corripit. Aes æris: Ceres Cereris. Reliqua maſculina aut cõmunia genitivum in itis formãt, ut gurges, poples, limes, dives, eques, pedes, &c.

Is manet, ut panis hujus panis. In idis pen. brevi moventur lapis, cuſpis, caßis, pixis, paropſis, chlamys, aſpis, aliáque græca: ut Dis, lis, Samnis, Quiris in itis pen. longa. Per eris formabis pulvis, cinis, cucumis, vomis. Pollis pollinis, ſanguis ſanguinis, Salamis Salaminis, glis gliris, ſemis ſemißis. Simois Simoëntis, Opois Opoëntis & contractè Opûs Opûntis. Sunt & græca quorum genitivus in eos vel ios deſinit, ut polis poleos vel polios: geneſis geneſeos & geneſios, &c. quæ Latini ad regulam reuocant. Sic Erinnys Erinnyos.

In os genitivum in oris formant ut mos, honos. Quædam in otis, ut cos, dos, nepos, ſacerdos, compos, impos, monoceros, rhinoceros, &c. Variant os oßis: bos bovis: cuſtos cuſtodis: heros herois: Tros Trois: quibus ſimile eſt Minos Minois, pro quo latinis eſt Mino Minonis.

In us genitivum per oris faciunt, ut tempus, corpus.

Sed per eris flectuntur acus, fœdus, funus, genus, latus, munus, olus, onus, opus, pōdus, rudus, ſcelus, ſidus, ulcus, vellus, venus, vetus, viſcus, vulnus.

Quæ u retinent mutant s vel in ris ut tellus & monoſyllaba præter grus gruis, ſus ſuis: Vel in dis, ut palus, incus, ſubſcus, hæc pecus: Vel in tis, ut virtus, ſalus, ſervitus, juventus, ſenectus, intercus. Compoſita à pus us in odis vertunt, ut tripus tripodis.

Quædam græca locorum nomina per untis flectuntur, ut Amathus Amathuntis: Opûs Opûntis.

Laus laudis: fraus fraudis.

In bs, ms, & ps aſſumunt i ante s, ut trabs trabis; plebs plebis: hyems hyemis: ſtirps ſtirpis. Sed poliſyllaba etiam e in i mutant, ut cœlebs cœlibis, princeps principis & ſimilia: Auceps tamen ancupis facit, & quæ à caput ducta putantur in cipitis exeūt, ut anceps ancipitis, præceps præcipitis.

In ls, ns & rs ante s inſerunt ti, ut puls pultis: amās dens, fons: ars, iners, mors. Verùm s finale in dis mutant glans, nefrens, lens, frons, libripens, & à cor compoſita, ut concors concordis, &c.

Iens euntis: quiens queuntis cum compoſitis præter ambiens quod regulare eſt.

X mutatur in cis, ut pax pacis, arx, fex, vox, nux. Multa polyſyllaba in ex moventur in icis, ut ſilex ſilicis: codex codicis: pumex pumicis, &c. cum derivatis à facio & adjectivis in plex. Sed x in gis vertunt harpax, grex, lex, rex, ſtyx, maſtyx, ſtryx, Phryx, phalanx, frux, conjux pro quo in rectis conjunx frequentiùs.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

tiùs. Variant nox noctis: ſenex ſenis: nix nivis: ſupellex ſupellectilis: onyx onychos, ſic & ſardonyx: Bryax Bryaxis: Hylax Hylactis, &c.

Accuſativi ſing. formatio.

Accuſativus regulariter in em deſinit, ut ſermo ſermonem, amor amorem. Sed im recipiunt amuſsis, buris, Charybdis, pelvis, ravis, ſitis, tuſsis, vis: ſic Tyberis Tyberim & Tybrim cum græcis multis in is, pleureſis pleureſim & græcè pleureſin, &c.

Admittunt em & im febris, puppis, reſtis, ſecuris, bipennis, turris, ut nauis & ſementis quæ uſitatiùs in em exeunt.

Græca quædam accuſativum quoque in a terminant, ut aër hunc aërem & græcè aëra. Sic rhetor, æther, crater, lampas, chlamys, &c. quædã in in tãtùm ut geneſis geneſin: Erinnys Erinnyn &c. in quibus græcam normam ſequi conveniet, eſt. n. multa varietas, ut Paris Paridem & Parin.

De Ablativo.

Ablativus exit in e, ut ſermo ſermone. ſic ſal, far, hepar, jubar, nectar, pauper, ſoſpes & propria ex adjectivis orta, ut Fœlix, Clemens. &c.

Per i Ablativum formant quibus accuſativus eſt in im vel in, ut vis, vim, à vi: geneſis, geneſin, à geneſi. tum cætera neutra in e, al, ar, ut mare a mari: vectigal à vectigali: calcar à calcari. & menſium nomina ut Sextilis, September &c. cum adjectivis in is aut er quorum neutra in e cadunt, ut hic & hæc fortis & hoc forte, à forti: hic ſaluber, hæc ſalubris, hoc ſalubre, à

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

ſalubri. quibus ſimilia ſunt ſubſtantivata quæ in adjectivi naturam facilè recidunt, ut molaris, natalis, familiaris, affinis, confinis &c.

Ablativus in e & i deſinit, ſi accuſativus in em & im fuerit, ut febris à febre & febri: reſtis à reſte & reſti. Item adiectiva unius vocis non dicta, ut fœlix, ce, ci: prudens, te, ti, & adjectiva verbalia in trix, ut victrix, ce, ci.

Terminatio quidem utraque tributa eſt his, imber, amnis, anguis, avis, ignis, civis, poſtis, ſupellex, vectis, tridens, verùm ſæpiùs e, ut ſtrigilis rectius i quam e.

De nominativo plurali.

Nominativus pluralis fit à genitivo ſingulari mutando is vel os in es, ut ſermo, ſermonis, ſermones: lapis, lapidis, lapides.

Neutra in a deſinunt, ut corpus corpora. Sic vetus vetera, & omnia comparativa, ut melius meliora &c. Verùm in ia exibunt ſi ablativus in i aut e & i fuerit, ut fœlicia, victricia, fortia. &c. Apluſtra tamen & apluſtria uſus probavit.

De Genitivo.

Nominativo plurali detrahe es vel a, ſubſtitue um, & erit genitivus, ut ſermones ſermonum. Sic vetus, memor, vigil, polyſyllaba in bs & ps ut cœlebs cœlibũ, princeps principum: ſupplex ſupplicum, ut differat à nomine ſupplicium, ÿ cum iis quæ à facio formantur, ut artifex artificum, & omnibus comparatiuis, excepto plurium.

Ium genitivo habẽt cætera quibus in ablativo fuit i,

ut ignis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

ut ignis ignium: fortis fortium, fœlix fœlicium. Item monoſyllaba hæc, cos, dos, os, os, nix, nox, lis, dis, glis, cor, mus, as, mas, vas, faux, cum iis quæ duabus conſonantibus clauduntur, ut ars, trabs, ſtirps, &c. quibus accedunt caro, cohors, linter, uter, Samnis, Quiris, & aſſis partes. Ium quoque faciunt quorum genitivus non creſcit, ut menſis, auris, ædes, cædes &c. præter vates, ſenex, juvenis, panis, canis, volucris ſubſtantivum & plurale opes opum. Per ium quoque flectuntur, tres, manes, ſales, ſordes & alia quæ uſus docebit.

Vtroque modo formant genitivum apis, Penates, Arpinates & ſimilia, etſi quidam ſyncopen eſſe contendant apum pro apium &c. quæ figura magis eſt conſpicua in hoc hemiſtichio: Cœleſtûm vis magna jubet Virg. 7. Aen. Bos, boum peculiare eſt.

De Dativo.

Dativus in ibus terminatur, ut ſermo ſermonibus. Bos tamen bobus habet, & græca in a geminum dativum admittunt, ut poëma poëmatibus & poëmatis: ænigma ænigmatibus & ænigmatis &c. ubi terminatio is elegantior.

De Accuſativo plurali.

Accuſativus pluralis nominativo ſimilis eſt, ut hi & hos ſermones. Sed es vel eis faciunt quorum genit. pluralis in ium terminatur, ut has artes aut arteis: plures vel plureis: imbres aut imbreis &c. quæ depræhendes etiam per is longum ſcripta, ut gravis pro graveis aut graves.

Græca quorum accuſativus ſingularis a finit, accuſativum

ſativum pluralem quoq; in as edunt, ut heros heroëm & heroa, heroës & heroas: lampas lampadem & lampada, lampades & lampadas etc.

De compoſitorum declinatione.

Compoſita ſequuntur ſimplicium declinationem, ut amicus inimicus: fœlix, infœlix etc. Exanguis tamen genitivo non mutatur, licet ſanguis ſanguinis habeat. Sic in ablativo diſſentiunt caulis et unicaulis, ut declinatione cornu et unicornis: manus et compoſita: nodus et enodis et ſimilia diſcrepant.

Dictio compoſita ex duobus rectis utrimq; flectitur, ut Reſpublica Reipublicæ, æ, Rempublicam: juſjurandum, juriſjurandi, jurijurando etc. Sola tamen poſterior pars movetur in alteruter, roſmarinus, oluſàtrũ, Leopardus, Leonardus et ſimilibus.

Solus rectus caſus in compoſitis inflectitur, ut Iuriſperitus Iuriſperiti etc. Tribunus plebis Tribuniplebis etc. Hinc aclita cenſentur quæ ex obliquis conſtituuntur, ut cujuſmodi, ejuſmodi, hujuſmodi etc.

DE DERIVATIONE.

Derivãtur nomina à
- *nominibus ut*
  - *Patronymica, ut Aeneades, Briſeïs.*
  - *Poſſeſsiva, ut Euãdrius, Ciceronianus.*
  - *Gẽtilia, ut Roman⁹, latinus, Athenieñſis*
  - *Diminutiva, ut cultellus, ſpecula.*
  - *Denominativa, ut juſticia à juſtus etc.*
- *Verbis, ut lector et lectio à lego.*
- *Adverbiis, ut craſtinus, à cras.*

De pa-

De Patronymicis.

Patronymica a patriis nominibus propriè ſiunt. Quæ in es deſinunt, primæ declinat. ſunt et maſculina: reliqua fœminina, in as declinantur ut lampas, in is ut pixis, in ne ut Epitome.

Maſculina à primitivis primæ declin. ſic formantur, Aenæas, æ, Aeneades.

In 2ª et 3ª ad caſum in i additur des, ut Priamides, Hectorides pen. brevi: aſſumunt a quibus genitivus exit in ii Mœnetius, ii, Mœnetiades: quibus genitivus eſt in ei rejiciunt e, ut Peleus, ei, Pelides pen. longa. Figurata videntur Anchiſiades, Laërtiades, Amphitryoniades, Atlantiades, ut et Aeneides pro Aeneades, et Peliades pro Pelides.

Finientia as vel is ſiunt plerumque à maſculinis in des, rejecta de, ut Iliades Ilias, Peliades Pelias, Aeneides Aeneis, Priamides Priamis: ſed i longum penultimæ mutatur in eï, Pelides Peleïs. Magna eſt in his varietas, nam à Briſes fit Briſeïs, à Chryſes Chryſeïs, à Perſa Perſis, à Thebæ Thebais, a Libya Libyſtis etc.

In ne ſic formantur Adraſtus, i, Adraſtine, Nereus, ei, Nerine pen. longa: Acriſius, ii, Acriſione.

DE PRAETERITIS ET ſupinis verborum in o.

Prima conjugatio.

I*N prima coniugatione præteritum exit in avi, et ſupinum in atum, ut amo, amavi, amatum.*

Exce-

Exceptiones.

Cœno, cœnavi & cœnatus ſum, cœnatum.

Poto, potavi, potatum & ſæpiùs potum.

Lavo, lavi, lavatum & rectiùs lotum vel lautum.

Neco, necavi, necatum & necui, nectum.

Plico, plicavi, plicatum & plicui, plicitum. Sic & compoſita applico, complico, explico, implico, replico, &c. Verùm ſupplico regulare eſt, cum compoſitis ex nomine, ut duplico, multiplico.

Do, dedi, datum.

Sto, ſteti, ſtatum. compoſita ſtiti, ſtitum faciunt.

Præteritis ui, ſupinis itum faciunt cubo, domo, ſono, tono, veto, & crepo, cujus compoſitum increpo pro objurgo increpavi etiam facit, ut & diſcrepo, diſcrepavi.

Seco, ſecui, ſectum: Frico, fricui, frictum.

Mico, micui abſque ſupino. Dimico regulam meliùs ſequitur.

Juvo, juvi, jutum.

Pro nexo potiùs dixeris necto, is, à quo alioqui præteritum mutuatur.

In prima conjugatione deſinunt in eo beo, creo, meo, nauſeo, calceo, enucleo, laqueo, ſcreo cum compoſitis.

Secunda conjugatio.

Secundæ conjugationis præterita in ui deſinunt, ſupina in itum, ut moneo, monui, monitum: habeo, habui, habitum.

Exceptiones.

Supinis tantùm variant, doceo, doctum: teneo, tentum,

tum,abſtineo ſine ſupino:pateo,paſſum:cenſeo,cenſum: torreo,toſtum:careo caſſum & caritum:miſceo,mixtũ & miſtum. Sorbeo,ſorbui & ſorpſi,ſorptum.

Pleraque neutra ſupinis carent,ut ſtudeo,calleo,palleo,ſplendeo,candeo, pingueo,madeo,ſordeo,egeo,vileo, langueo , jaceo , ferveo quod ferbui facit ab antiquo ferbeo,&c.

Permulta præteritis & ſupinis à regula recedunt, ut jubeo,juſsi,juſſum:mulceo,mulſi, mulſum : luceo luxi ſine ſupino.

Mordeo,momordi, morſum:ſpõdeo,ſpopõdi,ſpõſum.

Tondeo,totondi,tonſum:pendeo,pependi,abſque ſupino. Horum compoſita non geminantur, ut præmordeo,præmordi,præmorſum:reſpondeo,reſpondi,reſponſum,&c.

Sedeo ſedi,ſeſſum.ſic aſsideo cum cæteris:video,vidi, viſum:ſtrideo,ſtridi abſque ſupino.

Rideo,riſi,riſum:ardeo,arſi, arſum : ſuadeo, ſuaſi, ſuaſum.

Fulgeo,fulſi,fulſum:mulgeo,mulſi & mulxi, mulctum : indulgeo, indulſi, indultum. Verùm algeo, turgeo,urgeo geo in ſi vertunt ſine ſupinis.

Augeo,auxi,auctum: lugeo,luxi,luctum : frigeo, frixi ſine ſupino.

Fleo,neo,vieo,deleo,releo & à pleo compoſita præteritis evi,ſupinis étum faciunt. Oleo,olevi, oletum, & olui,olitum uſitatiùs in ſimplici: aboleo, abolevi, aboletum & abolitum:adoleo,adolevi,adultum : oboleo, obolevi & obolui,obolitum.

Maneo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Maneo, manſi, manſum. ſed compoſita a in i mutantia ſic moventur, emineo, eminui: immineo, imminui abſque ſupinis.

Torqueo, torſi, tortum: hæreo, hæſi, hæſum.

In veo vi præteritis, tum ſupinis habent, ut caveo, cavi, cautum: faveo, favi, fautum: moveo, movi, motum: foveo, fovi, fotum: voveo, vovi, votum: paveo, pavi, conniveo, connixi & connivi abſque ſupinis.

Cieo, civi, citum priore brevi.

Audeo, auſus ſum, auſum: gaudeo gaviſus ſum, gaviſum: ſoleo, ſolitus ſum, ſolitum: mœreo, mœſtus ſum, mœſtum: prandeo, prandi & pranſus ſum, pranſum.

Pro tergeo & ſugeo vide tergo & ſugo in tertia conjugatione, nam ab his præterita & ſupina mutuãtur.

Verba ſecũdæ conjugationis omnia in eo terminãtur.

Tertia conjugatio non habet generalem regulam. In o purum.

Facio, feci, factum: jacio, jeci, jactum. quorum compoſita ectum ſupinis habent, niſi facio cum nomine vel adverbio ſit compoſitum, tunc enim ſimplex ſequẽtur.

Compoſita ab obſoletis ſpecio & lacio præteritis xi, ſupinis ctum faciunt, ut aſpicio, aſpexi, aſpectum, &c. allicio, allexi, allectum, &c. præter elicio, elicui, elicitũ.

Fodio, fodi, foſſum. fugio, fugi, fugitum.

Capio, cepi, captum: rapio, rapui, raptum. horum compoſita mutant ſupinis a in e, ut incipio, incepi, inceptum: arripio, arripui, arreptum, &c.

Cupio, cupivi, cupitum: ſapio, ſapui abſque ſupino.

Pario, peperi, partum, à quo participium paritu-

rus

rus i aſſumto. Quatio, quaſsi, quaſſum: percutio, percuſſi, percuſſum, ſic & cætera compoſita.

Deſinentia in uo præteritis ui faciunt, ſupinis, utũ, ut induo, indui, indutũ: arguo, argui, argutum: eluo, elui, elutum &c. ſed cluo, congruo, ingruo, annuo cum cognatis, luo, metuo & reſpuo ferè ſupinis carent.

Ruo, rui, ruitum & rutum quod compoſita retinẽt, obruo, obrutum &c. pluo, plui & pluvi plutum, unde participium complutus.

Struo, ſtruxi, ſtructum. Fluo, fluxi, fluxum, olim etiam fluctum fuit, unde verbale fluctus remanſit.

In bo.

Bibo, bibi, bibitum: deglubo, deglubi, deglubitum. ſcabo, ſcabi: lambo, lambi, abſque ſupinis.

Compoſita à cubo aſſumunt m in præſenti, aliâs ſimplex imitantur, ut accumbo, accubui, accubitum, &c.

Scribo, ſcripſi, ſcriptum. Nubo, nupſi, nuptum.

In co.

Ico, ici, ictum: vinco, vici, victum.

Dico, dixi, dictum: duco, duxi, ductum.

Parco, parſi, parſum & peperci, parcitum.

Poſco, popoſci, diſco, didici. ſupina poſcitum, diſcitum rara ſunt. Sic & compoſita repoſco repopoſci: dediſco, dedidici, &c.

Compeſco, compeſcui, compeſcitum, & ſic diſpeſco.

Conquiniſco vetus verbum conquexi vel conqueſsi ſine ſupino.

Cætera in ſco præteritis vi, & tum ſupinis recipiũt, ut creſco, crevi, cretum: quieſco, quievi, quietum: paſ-

co,pavi,paſtum: ſueſco,ſuevi,ſuetum.ſic aſſueſco,conſueſco,deſueſco,&c.

Noſco,novi,notū : ignoſco,ignovi,ignotū &c. præter agnoſco,agnovi,agnitū: cognoſco,cognoui,cognitū.

In do.

Quæ in do exeunt præteritis di,ſupinis ſum faciunt, ut mando,mandi,manſum: edo,edi,eſum: ſcando,ſcādi,ſcanſum. Sic aſcendo,deſcendo,accendo,cudo,defendo,offendo,præhendo.&c. Fundo,fudi,fuſum.

Pando,pandi,paſſum & panſum. ſic expando : ſed diſpando,diſpandi,diſpeſſum.

Rudo,rudi : ſtrido,ſtridi abſque ſupinis.

Findo,fidi,fiſſum : ſcindo,ſcidi,ſciſſum.

Cado,cecidi,caſum : cædo,cecidi,cæſum : pendo,pependi,penſum: tendo,tetendi,tenſum & tentum: tundo,tutudi,tunſum & in compoſitione tuſum. Horum omnium compoſita geminari nolunt. pedo,pepedi ſine ſupino.

Compoſita à do præteritis didi, ſupinis ditum exigunt, ut abdo,abdidi,abditum: ſic reddo,edo,prodo,trado,credo,condo,&c. ſed abſcondo,abſcondidi & abſcondi,abſconditum & abſconſum ſortitum eſt.

Claudo,plaudo,vado,ludo,trudo,lædo,divido,rado, rodo formant præterita per ſi,& ſupina per ſum.

Cedo,ceſſi,ceſſum cum compoſitis accedo,concedo,recedo,&c. Fido,fiſus ſum,fiſum.

In go vel guo.

Go vel guo in xi & ctum mutatur, ut rego,rexi,rectum: ungo vel unguo,unxi,unctum &c. At nōnihil

variant porrigo,porrexi,porrectũ : pergo,perrexi,perrectum : ſurgo,ſurrexi,ſurrectum.

Quatuor ſupinis n abjiciunt, fingo, finxi, fictum: pingo,pinxi,pictum: ſtringo,ſtrinxi,ſtrictum : ringo, rinxi, rictum, à quo rictus. his addunt mingo cujus loco doctiſſimi meio uſurpant.

Figo,fixi,fixum : frigo,frixi,frixum.

Ango,anxi : ningo,ninxi ſine ſupinis.

Spargo,mergo,tergo,go in ſi & ſum vertũt,ut ſpargo,ſparſi,ſparſum.

Ago,egi,actum.compoſit.cogo,coëgi,coactum : exigo,exegi,exactum &c.ſed dego & ſatago carẽt ſupinis.

Frango,fregi,fractum: perfringo,perfregi,perfractum,&c.

Lego,legi, lectum. ſic compoſita, exceptis diligo, negligo,intelligo,quæ regulam ſequuntur.

Tango,tetigi,tactum:attingo,attigi,attactum &c.

Pungo,pupugi & punxi,punctum. ſic repungo,repupugi & repunxi,repunctum,reliqua compoſita tantùm in xi formantur,ut expungo,expunxi,expunctũ.

Pango vel pago pepigi,pegi & panxi,pactum.compingo,compegi,compactum,& ſic de reliquis.

In ho.

Ho in xi & ctum tranſit,ut traho,traxi,tractum: veho,vexi, vectum.

In io ſyllab.

Meio, minxi, mictum.

In lo.

In lo præteritis ui, ſupinis tum faciunt, ut molo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

molui, molitum : alo, alui, alitum & altum : colo, colui, cultum : occulo, occului, occultum : conſulo, conſului, conſultum.

Excello, excellui, excelſum : præcello, præcellui, præcelſum : antecello, antecellui ſine ſupino.

Volo, volui: malo, malui: nolo, nolui abſque ſupinis.

Cætera in llo variant, ut ſallo, ſalli, ſalſum : pſallo, pſalli ſine ſupino.

Vello, velli vel vulſi, vulſum : percello, perculi & perculſi, perculſum.

Fallo, fefelli, falſum: refello, refelli abſque ſupino.

Pello, pepuli, pulſum. compoſita repello, repuli, repulſum, &c.

Tollo, ſuſtuli, ſublatum.

In mo.

Finientia mo præterita per ui, ſupina per itum faciunt, ut gemo, gemui, gemitum: fremo, fremui, fremitum: vomo, vomui, vomitũ: tremo, tremui ſine ſupino.

Excipe.

Emo, emi, emtum ſic adimo, ademi, ademptum: dirimo, diremi, diremtum, &c. como, demo, promo, ſumo mutant o in ſi & tum, ſed p à nonnullis inſeritur.

Premo, preſſi, preſſum. comprimo, compreſſi, compreſſum, &c.

In no.

Sterno, ſtravi, ſtratum : ſperno, ſprevi, ſpretum : à cerno compoſita crevi, cretum faciunt: ſino, ſivi, ſitum: lino, livi, levi, lini, litum.

Gigno, genui, genitum : pono, poſui, poſitum.

 Temno,

Temno, temſi, temtum, alii tempſi, temptum.

Cano, cecini, cantum, ſed compoſita ui & entum recipiunt, ut concino, concinui, concentum, &c.

In po.

Verba in po faciunt pſi, ptum, ut carpo, carpſi, carptum. ſic repo, ſerpo, ſcalpo, ſculpo, clepo.

Rumpo, rupi, ruptum. ſtrepo, ſtrepui, ſtrepitum & ſic olim crepo.

In quo.

Coquo, coxi, coctum: linquo, liqui, lictum, relinquo, reliqui, relictum.

In ro.

Quæro, quæſivi, quæſitum: tero, trivi, tritum.

Sero, ſevi, ſatum. compoſita ejus ſitum faciunt, ut conſero, conſevi, conſitum: aſſero, aſſevi, aſſitum: obſero, obſevi, obſitum, &c. quæ ſi a ſimplicis ſignificato receſſerint per ſerui & ſertum flectentur, ut aſſero pro affirmo, aſſerui, aſſertum: diſſero pro diſputo, diſſerui, diſertum.

Gero, geſſi, geſtū: uro, uſſi, uſtū. verro, verri, verſum.

Curro, cucurri, curſum: præcurro, præcucurri, præcurſum. compoſita reliqua non reduplicant primam ſyllabā, ut occurro, occurri, occurſum, ſic ſuccurro, &c.

Fero, tuli, latum.

In ſo.

Præteritis ivi & ſupinis itum habent accerſo, arceſſo, laceſſo. inceſſo autem meliùs inceſſi, inceſſitum.

Capeſſo, capeſſi, capeſſum, etſi quidam per ivi & itum moveant.

Faceſſo, faceſſi, faceſſum & faceſſitum.

Pinſo, pinſui, piſtum. olim pinſum & pinſitum.

Viſo, viſi ſine ſupino. In to.

Flecto, flexi, flexum: Plecto, plexi, plexum.

Pecto, pexi, & pexui, pexum.

Necto, nexi & nexui, nexum.

Mitto, miſi, miſſum: meto, meſſui, meſſum: ſterto, ſtertui abſque ſupino. Peto, petivi, petitum.

Verto, verti, verſum. ſic neutra diverto, reverto, pro quibus divertor et revertor deponentaliter quoque dicimus.

Siſto activum ſtiti facit et ſtatũ, nec poteſt componi.

In vo.

Solvo, ſolvi, ſolutum: volvo, volvi, volutum.

Calvo, calvi ſine ſupino. eſt et deponens calvor. i. decipio, fallo.

Vivo, vixi, victum.

In xo.

Texo, texui, textum. addunt nexo, nexui, nexum pro necto.

Quarta Conjugatio.

Quartæ conjugationis præterita exeunt in ivi, ſupina in itum, ut audio, audivi, auditum. Sic cio, dormio, expedio, garrio, ſuffio, etc.

Exceptiones.

Eo et queo mutant eo in ivi, et itum habent penultima brevi.

Veneo, venivi, venum.

Singultio, ſingultivi, ſingultũ: ſepelio, ſepelivi, ſepultum.

Amicio,

Amicio, amicui, amictum.

Salio ſeu ſallio pro condio regulare eſt, at pro ſalto ſalui et ſalii, ſaltum facit, hinc exilio, exilui et exilii, exultum, etc.

Aperio, aperui, apertum. Sic compoſita operio, cooperio, etc. præter reperio, reperi, repertum: comperio, comperi, compertum.

Venio, veni, ventum. ſic convenio, invenio, etc.

Farcio, farſi, fartum.

Sarcio, ſarſi, ſartum: fulcio, fulſi, fultum.

Sepio, ſepſi, ſeptum: Haurio, hauſi, hauſtum.

Sentio, ſenſi, ſenſum: Raucio, rauſi, rauſum.

Vincio, vinxi, vinctum.

Sancio, ſanxi, ſanctum, rariùs ſancivi, ſancitum.

DE PRAETERITIS ET ſupinis verborum in or.

PAßivorum verborum præterita ab activorum ſupinis in u formantur, addita s et ſum, ſic ab amatu fit amatus ſum, à doctu doctus ſum, etc.

In aliis generibus fingendum erit verbum in o, cui præteritum et ſupinum juxta analogiam tribues, et ſic ex ſupino facile cognoſces præteritum verbi in or, ut à jocor, aris, jocatus ſum: vereor, reris, veritus ſum: fungor, eris, functus ſum: amplector, eris, amplexus ſum: potior, iris, potitus ſum.

Excipies in ſecunda conjugatione.

Tueor, tuitus et tutus ſum, tuitum et tutum. Sed

contueor & intueor tuitus ſum & tuitum ſequuntur: obtueor autem tutus ſum & tutum.

Reor, ratus ſum, ratum.

Fateor, faſſus ſum, faßum. diffiteor, diffeſſus ſum, diffeſſum, &c. Miſereor, miſertus ſum, miſertum.

In tertia.

Morior, mortuus ſum, a quo moriturus.

Fruor, fruitus & olim fructus ſum, fruitum.

Labor, lapſus ſum, lapſum.

Naſcor, natus ſum: Iraſcor, iratus, ſum.

Adipiſcor, adeptus ſum, adeptum.

Nanciſcor, nactus ſum, nactum.

Paciſcor, pactus ſum, pactum.

Ulciſcor, ultus ſum, ultum.

Obliviſcor, oblitus ſum, oblitum.

Proficiſcor, profectus ſum, profectum.

Defetiſcor, defeſſus ſum.

Comminiſcor, commentus ſum, commentum.

Expergiſcor, experrectus ſum, experrectum.

Loquor, locutus ſum, locutum.

Sequor, ſequutus ſum, ſecutum.

Queror, queſtus ſum, queſtum.

Nitor, niſus vel nixus ſum, niſum vel nixum.

Vtor, uſus ſum, uſum.

In quarta.

Gradior, greſſus ſum, greſſum.

Sic aggredior, congredior, progredior, regredior, &c.

Metior, menſus ſum, menſum.

Experior, expertus ſum, expertum.

Operior, opertus ſum, opertum.
Ordior pro texo eſt regulare.
Sed pro incepto orſus ſum, orſum.
Orior, ortus ſum, unde oriturus.

Quædam per o & or efferuntur eadem ſignificatione, ut

Aſſentio & aſſentior. Elucubro & elucubror.
Impertio & impertior. Mereo & mereor.
Remunero & remuneror, qualia veteribus permulta fuêre, ut populo populor. Fabrico, fabricor. Lachrymo lachrymor. Fœnero fœneror. Jurgo jurgor, &c. Ubi poſterior terminatio uſitatior habetur.

Notantur ex præmiſſis quædam neutro-paſſiva voce tantùm, ut audeo, gaudeo, mœreo, ſoleo, fido, cœno, prandeo, quæ præterita ſortita ſunt, ac ſi in or terminarentur: & alia ſignificatione tantùm, ut liceo, veneo, vapulo, quæ paſſive ſignificant, etſi in o deſinant. Utrumq; naturam fio retinet, nam in o exit, paſſivè ſignificat, & ejus præteritum eſt, factus ſum.

VERBA PRÆTERITIS CARENTIA.

Præteritis carent polleo, nideo, gliſco, hiſco, fatiſco, ocquiniſco, vergo, ambigo, cerno, furo, ferio, ſido, ſiſto neutrum, medeor, liquor, divertor, reminiſcor, veſcor cum paſſivis omnibus, quorum activa ſupinis deſtituũtur, ut angor, timeor, metuor, diſcor, poſcor, renuor &c. Item Inchoativa, ut integraſco, labaſco, repueraſco, caleſco, tepeſco, frigeſco, luceſcit, veſperaſcit, &c. nec

placet mutua his præterita tribui.

Etiam præterita negantur verbis deſiderium adſignificantibus, præter eſurio & parturio, quibus addunt nupturio.

Appendix.

Ab indicativi præterito perfecto, de quo hactenus, cætera perfecta & pluſquamperfecta cum futuro conjunctivi formantur: a præſenti verò reliqua verborũ tempora, gerũdia & participia cùm præſentia, tum futura in dus fiunt, nam participia præterita & futura in rus à ſupinis deſcendunt. Ex his infertur, quod quæ præteritis aut ſupinis carent, omnibus inde formandis quoque careant. Porrò carentibus præterito deeſt ſupinum.

DE CÆTERIS DEFECTIVIS.

Cœpi, memini, odi, novi præſens & præteritum ſignificant, carentq; temporibus à præſenti deſcendentibus: niſi quod memini in Imperativo memento & mementote habet.

Perſonæ furo, dor & der à dari, for & fer à fari, in ſimplicibus non ſunt in uſu.

Aio.

Indicativi præſenti, aio, ais, ait, plur. aiunt.

Imperfecto, aiebam, as, at. plur. aiebamus, atis, ant.

Perfecto aiſti plural. aiſtis.

Imperat. præſenti, ai plur. aiamus, aiant.

Futuro optat. vel præſenti conjunct. aias, aiat. plur. aiamus, aiant. reliqua ferè deſiderantur.

Inquio.

Indicat. præſenti inquio vel inquam, inquis, inquit.

quit. plur. inquiunt.

Perfecto, inquiſti, inquit. Futuro, inquies, inquiet, plura. inquient.

Imperat. præſenti, inque, inquiat. Futuro, inquito.

Optat. futuro, & cõjunctivi præſenti, inquiat. Participium, inquiens. cæteris carere creditur.

Edo.

Indicat. præſenti, edo, es, eſt.

Imperat. præſenti, es. plur. eſte. Futuro, eſto. plur. eſtote.

Optat. præſenti & Conjunctivi imperfecto utinam & cùm, eſſem, eſſes, eſſet, plur. eſſemus, eſſetis, eſſent. Infinit. eſſe. Supina eſtum, eſtu.

In paſſiva voce tantùm reperies eſtur. Sic flectes compoſita ejus, ſed ſupinis carent, præter comedo à quo comeſtum & comeſtu & participium comeſtus, a, um. Eſt & integrum edo in tertia conjugatione.

Faxo.

Indicativi futuro, faxo, faxis, faxit. plur. faxint.

Optat. futuro & Conjunctivi præſenti, utinam & cùm, faxim, faxis, faxit: plura. faximus, faxitis, faxint.

Forem. i. eſſem.

Optat. præſenti & Conjunctivi imperfecto, ũtinam & cùm forem, fores, foret. plur. forent. Infinitivi futuro, fore. Sic afforem, abforem, deforem, proforẽ, &c.

Auſim.

Indicativi vel optativi futuro, auſim, auſis, auſit. plura. auſint.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Ave.

Imperat. præſenti, ave. plur. avete. Fut. aveto, plural. avetote.

Infinitivo, avêre.

Salve.

Indicat. futuro, ſalvebis. Imperat. præſ. ſalve, plural. ſalvete.

Futuro, ſalveto, plur. ſalvetote. Infinitivo ſalvere.

Quæſo.

Indicat. præſ. quæſo, plur. quæſumus.

Cedo.

Imperat. præſenti, cedo plur. cedite. ſed cedo etiam pluraliter accipitur, ut, Cedo qui veſtram Remp. tantam amiſiſtis tam citò?

Apage.

Imperat. præſ. apage, plur. apagete.

His poëtæ & in primis Comici longè plura ſuppeditabunt, ut infit apud Virg. 11. Aen. ita farier infit. i. incipit. & 12. Aen. ita turbidus infit. ambeſt, ſola tertia perſona. i. circum eſt.

Comicum eſt, ſodes pro ſi audes: duis pro des: duint pro dent: ſis pro ſi vis: ſultis pro ſi vultis: capſis pro cape ſi vis, cujuſmodi plura antiquitas latini ſermonis accuratè indaganti ſubminiſtrabit.

IMPERSONALIA.

Imperſonalia ſunt ferè hæc, oportet, pudet, pœnitet, piget, tædet, licet, libet, lubet, liquet, miſeret. quibus annumerãtur, placet, decet, ſolet, vacat, præſtat, delectat, juvat, reſtat, conſtat, accidit, contigit, convenit, evenit, expedit, conducit, ſufficit, eſt, intereſt, poteſt, refert, de

bet, &c

bet, &c. quæ imperſonaliter aliquando uſurpantur. Porrò conjugantur ut perſonalia, ſequunturq; tertiæ perſonæ ſingularis terminationem hoc modo, oportet, oportebat, oportuit, oportuerat, oportebit, &c.

Contingit, cõtingebat, cõtigit, cõtigerat, cõtinget, &c.

Exceptiones.

Miſeret, miſertum eſt, & miſeritum apud Terentiũ. tædet, pertæſum eſt.

Quædam geminum admittunt præteritum, ut placet, placuit & placitum eſt: libet, libuit & libitum eſt: lubet, lubuit & lubitum eſt: licet, licuit & licitum eſt: pudet: puduit & puditum eſt: piget, piguit & pigitum eſt. Liquet præterito caret.

Ab imperſonalibus non extant ſupina nec participia, præter pudens & pudendus à pudet: pœnitens & pœnitendus à pœnitet: libens à libet: lubens à lubet: licitus à licet: pertæſus à tædet. Item vix ulla gerundia niſi fortè à pudet & pœnitet.

Paſsivæ vocis imperſonalia ex conjugationis paradigmate in Rudimentis propoſito ſatis intellecta puto, ut & Anomala fero, volo, fio & ſum. Hæc de Etymologia ſuffecerint.

DE SYNTAXI.

Syntaxis eſt pars Grammaticæ, quæ orationis conſtruendæ rationem docet.

Præmonitiones aliquot obſervationibus ſeu regulis præmittendæ.

De

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

De genere.

Tria hic genera tantùm ſpectantur, maſculinum, fœmininum & neutrum: quorum primum reliquis, & alterum tertio dignius eſt.

De numero.

Duo ſingularia æquipollent plurali, ut Petrus & Iacobus ludunt. Nomen verò multitudinis ſingulare accipitur interdum pro plurali, ut turba ruit vel ruunt.

De Perſona.

Perſonæ tres: & prima quidem cæteris, ſecunda verò dignior eſt tertia. Nomina ejuſdem perſonæ ſunt, cujus pronomen ſeu verbum adjunctum, adeo, ut vocativi ſint ſecundæ ſemper perſonæ.

De adjectivis nominibus.

Adjectivorum modo uſurpantur pronomina pleraque, & participia omnia, quatenus ſubſtantivis adhærent. Porrò adjectiva neutra ſæpe fiunt ſubſtativa.

De conſenſu ſubſtantivi & adjectivi.

Subſtantivo apponitur adjectivum eodem genere, numero & caſu, ut vir bonus: Tua opinio. Magna vis in exiguo corpore. Sic Petrus & Iacobus pii. Pars volucres factæ.

Appendix de adjectivo cum pluribus ſubſtantivis.

Adjectivum pluribus diverſorum generum ſubſtantivis attributum, in genere digniori reſpondebit, ut vir & uxor pii. Si autem rerum inanimatarum ſubſtantiva fuerint, adjungetur adjectivum plurale neutrum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

neutrum, ut divitiæ, decus & gloria in oculis ſita ſunt.

Porrò ſi ſubſtantiva diverſi erunt numeri, adjectivum cum propiore conſentiet expreſſè, cum reliquis per reductionem, ut Caper tibi ſalvus & hœdi. Sociis & rege recepto.

Invenies adjectivum non ad vocem ſed rem intellectam referri, ut ſcelus ludificatus eſt virginem. Duo millia crucibus affixi. Hic manus ob patriam pugnādo vulnera paſſi. Sic in Eunuchum ſuam, Centaurus magna, ubi ſubintelliguntur ſubſtantiva, comœdiam, navis.

Poſſeſſivis pronominibus interdū genitivus additur, ut ſolius meum peccatum corrigi non poteſt. Veſtra duorum culpa eſt. Fleviſti & noſtros vidiſti flentis ocellos.

De Relativis.

Relativum genere & numero conſentit cum ſubſtantivo præcedente tanquam adjectivum, ut Tabellarius, quem expectabas, rediit: ille eſt quo ſæpe uſus es. Captat divitias, decus & gloriā, quæ in oculis ſita ſunt. uterque diſceſſit, quos ſi offenderis.

Qui, quæ, quod inter duo ſubſtantiva diverſorum generum antecedenti & ſequenti reſpondent, ut vidi animalia ratione prædita, quæ vel quos homines appellamus. Volunt tamen propriis congruere, ut Cæſar ad eum locum, quæ Teſſalia appellatur, applicuit. Eſt locus in carcere quod Tullianum appellatur.

Relativum neutrum quandoque verbum aut totam orationem refert, ut In tēpore ad eam veni, quod

rerum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

rerum omnium eſt primum. judica ſecundum leges, id erit tutiſsimum.

Aliquando ſuppreſſum relativum videbis, ut urbs antiqua fuit, Tyrii tenuêre coloni, deeſt quam.

De duobus ſubſtantivis.

Subſtantivum cum ſubſtantivo genitivo caſu jungitur, ut liber Petri. Amor pecuniæ. Homo nihili. Res mancipi. Ne ſtudio noſtri pecces. aliquid novi: aliquid boni.

Cùm unum declarat alterum ejuſdem ſunt caſus, ut opes irritamenta malorum. Et genus & formã regina pecunia donat. Urbs Roma. Urbs Athenæ.

Verùm id, quod alicui ineſſe dicimus, genitivo vel ablativo ponitur, ut puer ingenui vultus. Vir magni judicii, hoſpes multi joci. Homo antiqua virtute & fide. Vir ſumma humanitate & præſtanti corpore.

Opus ablativo jungitur, ut Quid opus eſt verbis? & addito dativo, opus eſt mihi tuo conſilio.

Aliquando nominativum habet, ut quæ curando vulneri opus ſunt parat.

Dux nobis opus eſt, & opus ſunt milites.

Aliquãdo genitivum, ut multæ impenſæ opus fuit.

Aliquando infinitivum, ut opus eſt hoc fieri. Sic compoſit. peropus.

Eandẽ conſtructionem comicè tribuunt voci uſus.

Appendix. Peculiare eſt, id genus pro ejus generis, ut Profer alia id genus exempla.

Adjectiva cum Genitivo.

Adjectiva ſuperlativa, & partitiva aut partitivè

poſita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

poſita adſciſcunt multitudinis genitivum, qui exponitur per inter, de aut ex, ut doctiſsimus poëtarum, optimus plebis, ſcholæ, noſtri temporis: alter horum: Manuum fortior eſt dextra. Animalium hæc binis, illa quaternis pedibus incedunt: Militum decimum quemq; ſecuri percuti juſsit. Nigræ lanarum nullum colorem bibunt.

Adjectiva quæ curam, deſiderium, noticiam, metũ aut contra ſignificant, item verbalia & participia facta nomina genitivum exigunt, ut Vive memor læthi. Contentionis & lucri cupidior. Avidus novitatis. Doctus pilæ, peritus lĩguæ latinæ. Mens neſcia, ignara ambigua futuri, præſaga mali. Erant timidi procellæ trepidi rerum ſuarum. Tempus edax rerum. Patiens inediæ, ſitiens famæ, amans vini.

Adjectiva copiæ & inopiæ, item reus & quæ huic affinia ſunt genitivum aſſciſcunt vel ablativum, ut Quàm dives pecoris, nivei quàm lactis abundans. Dives agris, dives poſitis in fœnore numis. Plenus rimarum, vino. Vacuus curarum, curis & a curis. Inops mentis, Inops verbis. ſed pauper, egenus, inanis, expers, particeps, fœcundus, ſterilis ſæpius genitivum regunt. Reus voti, reus ſtipulando, promittendo. Integer vitæ ſcelerisq; purus, & integer ac purus à ſcelere.

Adjectiva cum Dativo.

Adjectiva quæ commodum, facilitatẽ, amicitiámq; aut contra ſignificant dativum recipiunt, ut utilis mihi, inutilis aliis. Invia virtuti nulla eſt via. Amicus tibi & tuis, ſed amicior veritati. Proximus egomet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

mihi. Canis fidus domino & in dominum. Rectè etiam dices, utilis, idoneus, aptus, accommodus ad hanc rem.

Affinis, proprius, communis & ſimilitudinis adjectiva dativo & genitivo jungũtur, ut affinis facinori: Affinis rerum, quas fert adoleſcentia. Similis patri & patris: diſsimilis ſui. Par huic & hujus, &c.

Adjectiva cum Accuſativo.

Aliquando more græco adjectiva regunt accuſativum, ut Cætera graius erat. Creſſa genus Philoë. Omnia Mercurio ſimilis, vocemq́; coloremq́;. Aethiops albus dentes, & oculos. Nuda genu, pectus, caput, pedes, brachia; &c. quæ per ablativum efferri ſolent, genere Andria: patria Lesbus: natione Syrus: crine ruber, niger ore, brevis pede, &c.

Cicero dixit, Non ſum id neſcius pro ejus, vel ejus rei neſcius.

Longus, latus, altus, denſus, craſſus & cætera, quæ magnitudinem aut ſpatium notant, accuſativum ſæpiùs, quàm ablativum regunt, ut umbra quatuor pedes longa & lata. Longus ſeſquipedem & ſequipede. Caulis palmum vel pedem aut pede altus. Liber tres digitos craſſus.

Adjectiva cum Ablativo.

Dignus & indignus, & comparativa ut comparativa exigunt ablativum, ut dignus patre & avo: meliore dignus fortuna: amicitia tua digniſsimus. Paulus eſt doctior Petro. i. quàm Petrus.

Ablativo efferuntur quæ cauſam, inſtrumentum, modũ, aut ſimilem circũſtantiam ſignificant, ut laſſus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

curæ: feſſus curſu: lætus honore. Potens opibus, viris, pecunia. Clarus ingenio, literis, armis. Fœlix nati pietate. Præditus animo, ingenio, autoritate, viribus. Contentus paucis, ſua ſorte. Captus avaritia, amore. i. detentus. Captus amœnitate loci. i. delectatus. Duplex gemmis auroque corona. Item cum adjectivis partes affectæ ablativo ponũtur, ut Aeger pedibus. Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læſus. Captus oculis, auribus, naribus, pedibus, membris, mente.

Ordinis numeralia & diverſitatis nomina ablativum poſcunt cum præpoſitione a vel ab, ut Proximus à Iove. Secundus a rege. Alius ab hoc. Alienus à literis: diverſus & mutatus ab illo. Dices tamen Nulli virtute ſecundus. Idem huic & Idem cum hoc.

Appendix.

Comparativa & ſuperlativa præter ſui gradus caſum etiam poſitivi regimen ſeu conſtructionẽ ſibi vendicant, ut cupidus, cupidior, cupidiſſimus lucri: amicus, amicior, amiciſſimus tibi: Longus, longior, longiſſimus tres digitos vel tribus digitis: dignus, ior, iſſimus tua amicitia, &c. Monendi tyrones, ut diſpiciant, num caſus ſit vocis, an gradus, non enim eſt unus idémque ſenſus.

SYNTAXIS VERBORUM.

Nominativus ante verbum.

Verbum perſonale finitum exigit ante ſe ejuſdem numeri & perſonæ nominativum, qui frequenter ſupprimitur, ut ego lego, tu legis, ille legit. Otia dant vitia.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

tia.audio, taceo. Ad eundem modum. Petrus & Iacobus ludunt. Pars epulis onerant menſas.

Appendix.

1. *Verbum infinitum aut oratio infinitiva loco nominativi quandoque ponitur, ut furari eſt vetitum. Non minor eſt virtus, quàm quærere, parta tueri.*

2. *Si nominativi diverſæ fuerint perſonæ, verbũ plurale digniori reſpondebit, ut Ego & tu ſumus in tuto: Vos & ego damnum præſtabimus. Tu & Ioannes ibitis hoſpitibus obviam. Eadem ratio eſt, ubi præpoſitio, cum, pro & capitur, ut Ego cum patre veniemus. Remo cum fratre Quirinus Iura dabant.*

3. *Sed tamen verbum nonnunquam numero perſonaq́; conſentit cum propiore tantum nominativo expreſſè, cum reliquis verò per ſupplementum, ut Lepta dicit tibi ſalutem & omnes. Non ſolùm ego, ſed & tu ita ſentis. Nos ambulamus & præceptor. Præceptor ambulat & nos. Hæc tibi clarius rumor, quàm meæ literæ nunciarunt. Sic Milites redeunt, hic ex Gallia, ille ex Anglia.*

4. *Vocativos ferè ſequitur imperativus, niſi in oratione ſine verbis ponantur, ut Petre veni, audi, obſerva, Vellem, Petre, affuiſſes. Petre cedendum parẽdúmque eſt interdum tempori.*

Nominativus poſt verbum.

Verba ſubſtantiva & nuncupandi, & quæ ſimilem vim habent utrimque nominativum adſciſcunt, ut ira furor brevis eſt. Manus noſtræ ſunt oculatæ, credunt quod vident. Ille vocatur Petrus. Hic dicitur

princeps

princeps factionis. Cætera quoque verba ſequitur aliquando nominativus ſtatum aut geſtum ſignificãs, ut bibit jejunus: dormit ſecurus: jacet ſupinus: incedit rectus. Domum rediit triſtis, potus, temulentus.

Regula elegantiæ.

Subſtantivum verbum poſt nominativos numerorum diverſorum, cum poſteriore eleganter conſentit, ut Omnia pontus erat. Domus antra fuerunt. Veſtes quas geritis, ſordida lana fuit. Sed in medio poſitum cum præcedente, ut veſtes fuerunt lana.

Verba cum Genitivo.

Satago, miſereor, miſereſco & ſum cum pertinere ſignificat genitivum exigunt, ut ſatage tuarum rerum. Miſerere noſtri. Miſereſcite regis. hæc imago eſt Cæſaris. Imperiũ regium initio erat conſervandæ libertatis.

Verba memoriæ & oblivionis genitivum aſſciſcunt aut accuſativum, ut memini huius rei, & hanc rem. Obliviſcor nominis tui & nomen tuum. Meminit tui, tantùm. Aliquando tamen invenies ablativum cũ præpoſitione de, Meminit de te. Recordatur de avo. Dicimus, venit mihi in mentem ejus rei: Venit mihi in mentem ea res: Venit mihi in mentem de ea re: &, Non venit mihi in mentem quærere.

Aeſtimandi mercandiq; verba junguntur genitivis quanti, tanti, magni, parvi, pluris, minoris, maximi, plurimi, minimi, aſſis, teruntii, pili, nauci, flocci, nihili, hujus, æqui, boniq;, ut Tanti eris aliis, quanti tibi fueris. Ego iſtud non flocci pendo. Illam non hujus facio. Munuſculũ æqui boniq; conſule, &c. Aliàs ablativum

tivum admittunt, ut Data magno æſtimas, accepta parvo. Magno conſtat quod precibus emitur. Merces vendit parvo, paulo, vili, magno, minimo, plurimo, dimidio, duplo. & præſertim ſi ſubſtantivum adſit, ut Vendidit hic auro patriam. Aere merent parvo. Sed valeo ablativum & accuſativum recipit, ut hoc non valet duobus aſsibus, vel duos aſses.

Accuſandi, damnandi & abſolvendi verbis nomẽ criminis aut pœnæ genitivo additur vel ablativo, ſine aut cum præpoſitione, ut Aſtringit & alligat ſe mendacii & furti. Hic te inſimulat perfidiæ. Damnatus eſt capite, capitis & rei capitalis. Alios pecunia, alios capite mulctavit. Condemnabo te eodem crimine. Criminatur eum fraudis & de fraude. De multis ſimul accuſatur.

Verba cum Dativo.

Omne verbum dativum admittit perſonæ aut rei, cui aliquid accedit aut decedit, ut do tibi panem. Eripuit & ſuſtulit mihi librum Verba dabit vobis. Huc pertinet ſum habendi ſignificatione, ut Non eſt mihi aurum: non mihi numi. Item verba commodi, incommodi, imperandi, obediendi, iraſcendi, repugnãtiæ, confitendi, & compoſita cum præpoſitionibus ad, ante, in, inter, ob, poſt, præ, re, ſub. ſuper, &c.

Aliquando gemini dativi adduntur, ut hoc erit mihi curæ. Iſtud eſt tibi laudi & lucro. Vobis id vitio vertetur.

Interdum ponitur dativus pro accuſativo vel ablativo, ut It clamor cœlo pro ad cœlum. —neque cer-

nitur

nitur ulli, pro ab ullo. Sic, Hoc non eſt eſui. Petrus non eſt ſolvendo.

Verba cum Accuſativo.

Actionis verba omnia admittunt accuſativum, ut amo Deum. aro terram. bibo vinum. largior pecuniã. Sequere, amplectere & oſculare matrem.

Neutris quoque accuſativus cognatæ ſignificationis permittitur, ut olet unguenta, hircum. Dormit Somnum Epimenideum. Servit ſervitutem.

Paßivis & abſolutis verbis etiam accuſativus adjungitur græca conſuetudine, ut quod toti tributum fuiſſet de parte certa intelligatur, ut Expleri mentem nequit, ardeſcítque tuendo. Sic, dolet caput: rubet faciem, capillos.

Quibuſdam compoſitis accuſativus additur ratione præpoſitionis, ut Tranſiliit metam. Villam præter eo ſciens.

Quædam recipiunt duos accuſativos, alterum perſonæ, alterum rei, ut doceo te literas: docebo te iſtos mores. Celo te ſecretum meum. Rogo te veniam: pacem te poſcimus omnes. Hoc unum te moneo. Hoc te interrogo &c. de hoc. Dicimus, Induo te veſtem per græciſmum, & rectiùs, Induo tibi veſtem, vel Induo te veſte, &c.

Porrò, dedit filiam ſuam Pamphilo uxorem, & ſumſit te teſtem & judicem, &c. per Appoſitionem dicuntur, etiamſi per futurum reſolvi debeant hoc modo, ut ſit uxor, ut ſis teſtis & judex.

Nomina ſpacij aut menſuræ accuſativo vel ablativo ver-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

vo verbis apponuntur, ut Abſum à Lubeca iter vel itinere unius diei. Tres patet in puteo cœlum non ampliùs ulnas. Multis miliaribus abſunt.

Verba cum Ablativo.

Nomina cauſſæ efficientis, inſtrumẽti, modi & menſuræ excedentis ablativo cum verbis ponuntur, ut Id amore tui feci, non ſpe mercedis. Scindo panem cultro. Manu ſiniſtra ſcribit, & ſummiſſa voce loquitur, ſed nos torvis oculis intuetur. Hic te duobus digitis excedit. Interdum præpoſitioni locus datur, ut Tacuit pudore & præ pudore. Huc refer, Afficio te honore, damno. Proſequor te laude, amore, odio. Colo te modico munere. Dono te equo. Beo te divitiis. Dignor te laude, tu autem me meo jure fraudas. Fruſtro & fruſtror parentes ſua ſpe. &c. quibus affinia ſunt hæc abſoluta, Conflictatur gravi peſtilentia. Laborat periculoſo morbo, febri, capite, pedibus, inteſtinis. &c. vel ex capite, ex pedibus, ex inteſtinis.

Item ablativum ſimpliciter adſciſcunt utor, fruor, fungor, veſcor, ſuperſedeo, potior, ut utor & abutor ingenio, pecunia, amicis. Fruor vita, agris, marito. Fungor & defungor officio, vita. Non veſcor carne, caſeo, ovis, lacte. Superſedeas hoc labore itineris. Potior imperio, arce, oppido, &c. & cum genitivo, Potior rerum, imperii, urbis, &c.

Verbum ſum, cùm qualitatem aut formam alicujus deſcribimus, & verba quæ copiam aut inopiam, quæq; animi perturbationem ſignificant ablativis gaudent vel genitivis, ut hic eſt ampliſſimo corpore & mira

alacritate.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

alacritate. Cicero tenuiſſima fuit valetudine. Eſſe animo magno, forti, vacuo, læto, bono. Videtur eſſe quantivis precii, ſed nullius eſt conſilii. Abundat & affluit omnibus rebus. Oneras me mendaciis. Venter caret auribus. Morte carent animæ. Tui carẽdum erat. Non eget Mauri jaculis nec arcu. Rex eget æris.

Saturari annis, cibis. Næ tu hujus propediem obſaturabere. Sic indigeo, vaco, compleo, impleo, expleo, circumfluo, &c. Diſcrucior, angor animo & animi. Pendemus animis & Pendeo animi.

Verba cum Ablativo mediante præpoſitione.

Paſſionis verba omnia ablatiuo junguntur cum præpoſitione à vel ab, ut Ego à meis amari & magnipendi poſtulo. Laudatur ab his, culpatur ab illis. Mundus patitur à ſe. Virgilius legitur à multis. i. multi legunt Virgilium. Interdum dativus locum habet, ut Nulli viſus fuit. i. à nullo. Sic, videor mihi hominem videre. Videris mihi triſtis. Videntur mihi ad rem attenti. Materiæ ablativus frequenter adjunctam præpoſitionem habet, ut Opus ex marmore factũ. Ex tantulo grano tanti trunci procreantur. Nec rarò ſine præpoſitione effertur, ut Cudit faber auro. Mart. 8. epig. Qui fingit ſacros auro vel marmore vultus,

Non facit ille deos: qui colit, ille facit.

Quæ prohibendi, aufferendi, abſtinendi, diſtandiq́; ſignificationem habent exigunt ablativum cum præpoſitione, aut ſine præpoſitione, ut Aves à ſatis arcere. Hoſtem aditu, fonte, aquis prohibere. Accepi lite-

ras à patre, ab illo, abs te. Victoriam ab hoſte retulit.

Cedere de dignitate, de fortuna, de ſuo jure. Ceſſit bonis, domo, patria. Abeſt à Roma: domo abeſt. Diſtat ab urbe.

Præpoſitio omiſſa vel per compoſitionem addita facit ut verbis ablativus rectè addatur, ut Medio tutiſſimus ibis. Pedem janua non efferam. Ille me domo ejecit.

Appendix.

Quædam variè efferuntur, aut eadem ſignificatione, ut Dono tibi librum, & Dono te libro. Impertit tibi ſalutem, & Impertit te ſalute: aut mutata, ut Conſulo tibi, & Conſulo te. Auſculto tibi, & Auſculto te. Studet bonis artibus, & hoc unum ſtudet, &c.

Quo pacto nomina temporis efferantur.

Ad quæſtionem, quando? reſpondebis in ablativo, ut Quando rediit pater? R. heſterno, hodierno die: die Solis, Lunæ, Martis &c. Hora prima, ſecunda, tertia, &c. meridie, intempeſta nocte, ſuperioribus diebus. longo pòſt tempore. Plenilunio maria purgantur. Nonnunquam admittitur præpoſitio, ut ſurgit nocte & de nocte. veniam prima luce & cum prima luce. Rediit ſub cœnam, ſub noctem, ſub horam primam, ſecũdam, &c. Ad quæſtionem, quanto tempore? in ablativo item reſpondebis, ut Quanto tempore hoc ſcripſiſti? R. tribus horis. Biduo hoc iter conficies. Sed ad quæſtionem, quandiu? meliùs accuſativo reſpondetur, ut Quandiu hîc literis operam dediſti? annum, biennium &c. Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies. Noctes

atque dies patet atri janua ditis. Vel per ablativum. vixi hîc anno, biennio, &c. hinc dicimus, abhinc biennium vel biennio. Cicero addidit præpoſitionem per, ut Provinciam tenuiſti per decem annos.

Quomodo locorum nomina efferantur.

Rogatus ubi quid ſit aut fiat collocabis nomen oppidi, pagi, aut arcis in genitivo, ſi ſingulare primæque vel ſecundæ declinationis fuerit, ut ubi eſt pater? Lubecæ, Hamburgi, Gottorpæ. ubi dedit operam literis? Lutetiæ, Lovanii, Sleſuici. Sic uſurpantur genitivi domi, humi, belli, militiæ, togæ. Sum domi. Non ſum domi meæ, ſed alienæ. Domi belliq; unà fuimus. Virtus domi militiæq; ſpectata. Belli togæq; principi gratus fuit. Iacet humi, & cum verbis motus, ut Sternam te humi.

Verùm ſi nomen loci plurale, aut tertiæ declinationis fuerit dativo vel ablativo ponetur, ut Terentius natus eſt Carthagini vel Carthagine. Philippus Neapoli eſt, Lentulus Puteolis. Rex eſt Pariſiis.

Ad quæſtionem, quò? in accuſativo reſpondetur, ut Eo Romam. proficiſcor Athenas. Redieram Veſontionem Coloniam inde cogitans.

Ad quæſtionem, unde? per ablativum reſponderi ſolet, ut Roma ad nos rediit. Has literas Lovanio accepi. Terra mariq; acriter pugnatum eſt. Eodem caſu utimur ad quæſtionem, quà? Verùm ad tollendã ambiguitatem præpoſitio per aſſumi cõſuevit, ut Colonia, ſive per Coloniam profectus eſt Spiram. Has regulas per omnia ſequuntur domus & rus, ut eſt domi. Rediit

domum:

domum: Domo exit. Ruri educatus eſt: continebit ſe ruri. Recepit ſe rus. Rure rediit.

Regionum nomina & appellativa non dicta præpoſitiones requirunt in, ad, per, a, ab, ex, &c. ut Eo in Italiam, templum: ſum in Italia, templo. Revertar ex Italia, templo, per Galliam, forum &c. quæ cum verbis adire, petere, viſere accuſativo ſimpliciter junguntur.

Cum ſuperioribus locorum generibus præpoſitiones etiam deprehendes aliquando, & tum quidem ad ſignificat locum proximum.

De Infinitivo.

Infinitivum accuſativus præcedit, qui mutato verbi modo reſolvitur in nominativum addita vocula quod vel ut, hoc pacto: Neſciebam te his libris uti. i. quod his libris tu utereris. Aequum eſt hominem Deo parere. i. ut homo pareat Deo.

Elegans quidem eſt hic infinitivi uſus, ſed tamen nobis fugiendus quoties ambiguitatem parit: rectiùs itaque dixeris, Apparet quod me diligat, quàm Apparet illum me diligere. nam poſterioris orationis ſenſus eſt ambiguus.

Ante & poſt infinitivum eſſe aliaq; conſtructionis ejuſdem pares caſus ponuntur, ut Crœſus dicitur fuiſſe dives. Tu cupis videri probus. Licet tibi eſſe docto. Cave te triſtem eſſe ſentiat. Parmenonem incedere triſtem video.

Infinitivus à Poëtis & hiſtoricis pro Imperfecto indicativi frequenter uſurpatur, ut Facile omnes perferre ac pati, pro perferebat ac patiebatur. Mihi ſacra pa-

cra parari,pro parabantur. Interdum per Ellipſin incipiẽdi verbum poteſt intelligi, Mihi omnes invidere, mordere clanculum,&c. pro invidere cœperunt, &c. quæ ratio etiam a Gallis in ſuo ſermone colitur.

De Gerundiis.

Gerundiis in di præponuntur ſubſtantiva amor, deſiderium, voluntas, ſtudium, occaſio, opportunitas, cauſa, gratia, licentia, facultas, poteſtas, copia, neceſsitas, ars, ratio, modus, genus, locus, tempus, &c. ut Amor habendi: occaſio emergendi. Miſſus es huc gratia diſcendi. Etiam adjectivis recte apponuntur, ut Cupidus vendendi, gnarus bellandi. Imperitus & neſcius aurigandi, navigandi.

Gerundia in do adduntur verbis ſimpliciter, vel cũ præpoſitione, ut Tacendo multa refellimus. Homines nihil agendo malè agere diſcunt. Et paſsiuè quoque Fœmina urit videndo.i.dum videtur: Alitur vitium vivitq; tegendo.i.dum tegitur. Abſterrebit te à diſcendo: Ex defendendo uberior comparatur gloria, quam accuſando.

Gerundiis in dum præponitur ad vel inter, ut ſurrexi ad dicendum. Inter prandendum, ludendum, eundum. Sed cùm neceſsitatem ſignificamus omittitur præpoſitio, & ſæpe dativus adjungitur, ut Moriendum eſt omnibus. utendũ eſt ætate. Hoc erit nobis faciendũ.

De Supinis.

Supina in um verbis ſignificantibus motum ad locum adhærent, veni ſalutatum hoſpites. Eamus luſum, venatum, piſcatum. Sic Coctum conductus

ſum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

ſum, non vapulatum.

Supina in u nullum caſum regunt, ſed cum adje-ctivis, vel verbis ſignificantibus motum de loco ponũ-tur, ut Neſcio quid optimum ſit factu. turpe dictu. Dictu facilius eſt, quàm factu. Redeo obſonatu. Pri-mus cubitu ſurgat, poſtremus cubitum eat.

DE IMPERSONALIBUS.

Imperſonalia paſſivæ vocis conſtructionem paſſivo-rum retinent, ut Nobis occurritur & quidẽ a doctis. Benefit multis à Principe. Vel abſolutè ponũtur, ſtatur, ſedetur, dormitur: egetur acriter: pugnatur fortiter.

Intereſt & refert junguntur ablativis fœmininis pronominum poſſeſſivorum, ſecus genitivis gaudent, ut magis mea, tua, noſtra, veſtra refert & intereſt, quã Petri aut aliorũ. Quãti tua patriſq; tui refert? magni.

Eſt autẽ poſſeſſiva neutra nominativo caſu adjun-cta habet, ut Tuum eſt hoc præcavere. Aliâs tertiæ perſonæ genitivum recipit, ut Boni paſtoris eſt tondere pecus, non deglubere. Iudicis eſt verum ſequi &c. ubi ſubintelligi volunt officium aut ſimile ſubſtantivum.

Pœnitet, piget, tædet, pudet, miſeret cum accuſativo perſonæ adſciſcunt genitivum vel infinitivum, ut ſuæ quemq; fortunæ pœnitet. Patris illum piget pudetque. Tædet me vitæ. Miſeret me illius. Sic, pœnitet me pec-cati & peccaſſe. Piget me laboris & laborare. Tædet me vitæ & vivere.

Duo Verba.

Duorum verborum concurrentiũ alterum eſt infi-nitivi modi, ut Cupit te videre, alloqui, juvare. Incipe

dicere. Conabitur tibi obeſſe. Memini me hoc ex patre audire, legere. Docebit te canere, ludere, ſaltare. Licet dicere. Eſt videre. Oportet mendacem eſſe memorem. Omnes homines ſumma ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſigant veluti pecora.

Appendix.

Infinitivus, gerundia, ſupinum in um & participia imitantur conſtructionem ſuorum verborum: nam quemadmodum rectè dicimus ſaluto patrem, ſic etiam Cupio ſalutare patrem, Veni gratia ſalutandi patrem, & ad ſalutandum patrem, & ſalutatum patrem, & ſalutaturus patrem, nec non ſalutando & ſalutans patrem, & ſic de reliquis.

DE PARTICIPIIS.

Participium ſequitur ſui verbi conſtructionem, ut Legens & lecturus Virgilium. Virgilius lectus & legendus abs te. Invenies tamen activè Exoſus tædas jugales. Pertæſus ignaviam.

Abſolutè ponuntur duo ablativi, qui explicantur per voculas cum, dum, poſtquam & ſimiles, ut Auguſto regnante natus eſt Chriſtus, Tiberio imperante crucifixus. Hoc me tacente ſcire potes. Et tacito participio, Hoc te impulſore fecit. Laudator temporis acti ſe puero, &c.

Participii ablativus abſolutè etiam reperitur, ut Cæſar cognito hoſtes fugiſſe caſtra movit.

Participium præteritum pro infinitivo quandoque ponitur, ut opus eſt conſulto, facto, maturato, pro opus eſt conſulere, facere, maturare, &c.

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

DE PRÆPOSITIONIBUS.

Præpoſitionum ſyntaxis patet ex rudiori Etymologia, nam Ad, apud, ante, &c. accuſativum regunt: A, ab, abs, &c. ablativum: in, ſub, ſuper & ſubter utrumque. Clam & procul etiam accuſativo adhærent, ut Clam patrem. Procul muros, ſed hic caſus rarior eſt. Tenus etiam genitivo plurali jungitur, ut Crurum, aurium tenus. Cicero, illi rumores de comitiis Cumarum tenus caluerunt. Aliâs ablativo gaudet, Virg. —lateri capulo tenus abdidit enſem.

Prope ædes, & prope ab ædibus.

DE ADVERBIIS.

Adverbia verbis, participiis nominibusq; rectè apponi poſſunt, ut Rectè mones, nam quod citò fit citò perit. Vir erat judicio ſuo valdè ſapiens & mea ſententia non omnino delirans. O ſemper infœlix pecus. Mulier non admodum anus.

Derivata adverbia primitivorum conſtructionem ſequuntur, ut proximè urbem caſtra movit. Propinquiùs tibi & te habitat. Cecinit meliùs illo. Loquitur expeditiùs cæteris. Pulcherrimè omnium fecit.

Genitivum recipiunt adverbia quantitatis, nec non quædam loci atque temporis, ut Satis loquentiæ, ſapientiæ parum. Multum vini, plus aquæ. Terrorum & fraudis abundè eſt. Nuſquam gentium, ubique terrarum. Interea temporis. Pridie ejus diei: pridie Nonarum, pridie Nonas, pridie compitalia.

Demonſtrativa en, ecce, hem nominativo vel accuſativo junguntur, ut En dextra fidesq;: En quattuor

aras.

aras. Ecce nova turba atque rixa : Ecce miſerum hominem. Hem Davum.

Ne prohibentis ſubjunctivum, optativum vel imperativum, exigit, ut Ne feceris. Ne longiùs abeas. Ne nega.

Multò, longè, tantò, quantò, eò, quò, hòc comparativis & caſu ſuo deſtitutis ſuperlativis præmittũtur, ut Sol multò major eſt terra. Conſpectus veſter eſt mihi multò iucundiſſimus.

DE CONJVNCTIONIBUS.

Conjũctio ſimiles caſus & modos conjungit, aut novam orationẽ ſuperiori annectit, ut noctes atque dies patent fores. Extremum metuas diem, nec optes.

Poſſeſſiva tamen à ſubſtantivis eorumq; pronominibus caſu interdum diſcrepant, ut Mea patriſq; mei multum intereſt. Tuis aut illius vel Petri precibus adductus fuit. quod uſu venire ex præmiſſis haud obſcurè colligi poteſt.

Quanquam, etſi, tametſi, quoniam, quando, quandoquidem, quatenus, ni, niſi, ſi, ſiquidem, etiamſi, quod, quia, quippe qui, &c. indicativis & conjunctivis junguntur, ut ſi vales, benè eſt. Si veneris gaudebo. Niſi ego inſanio, ſtultè fieri hoc judico. Niſi veneris perii.

Cauſales ut & licet, item quin, ne & ſimiles conjunctivis gaudent, ut Rogo ut ad nos venias. Licet id facias vel feceris. Non dubium eſt quin uxorem nolit filius. Veritus ſum ne idem faceres quod vulgus ſervorum ſolet. Nota, ſi præceſſerit verbum præſens, conjunctivum quoque erit præſens : ut jubeo, moneo,

rogo, ut hoc facias: & ſuppreſſa conjunctione, Rogo hoc facias: ſine videam: Cave quicquam amittas. Sin præteritum præceſſerit, conjunctivum imperfectum erit, ut Rogabam, ut venires: Juſſi, ut faceres.

Diſcrimen vocularum quod & ut.

De eventu & re geſta quòd dicitur, & ſignificat quia, ut Quod convaluiſti, gaudeo: quod nos inviſis, gratum facis. Verùm ut de cauſa finali, Hortaris ut diligenter diſcam. Tantum accepit ut taceret, vel ut taceat in poſterum, &c. ac proinde locum habet poſt verba jubendi, metuendi, &c.

DE INTERJECTIONIBUS.

O exclamandi particula & prô ſeu proh nominativum, accuſativum & vocativum admittunt, ut ô vir fortis atque amicus! ô miſerum atque infœlicē diem! ô Dave! i áne contemnor abs te? Proh Jupiter! tu homo adiges me ad inſaniam. Proh Deûm atque hominum fidem. Proh ſancte Jupiter! quid video.

Heu jungitur nominativo vel accuſativo, ut Heu priſca libertas. Heu me miſerum.

Hei & væ dativum exigunt, ut Hei mihi, qualis erat. Væ miſero tibi. Væ tibi tu nigræ, dicebat cacabus ollæ.

Ah, ohe & vah cum vocativis reperiuntur, ut Ach virgo infœlix. Ohe jam ſatis eſt, ohe libelle. Vah homo impudens.

Reliquæ ferè ſine caſibus efferuntur, ut Eheu quàm pingui macer eſt mihi taurus in arvo.

DE

DE ORDINE DECLARATIONIS GRAMMATICÆ.

Etſi ſententiam in ordinem grammaticum digerere haud magni laboris eſt, eamq́ rationem vel vernaculus ſermo innuit, tamen ne rudiores hic aliquid requirant, obſervabunt hæc.

1. *Excitandi particulæ quales ſunt interjectiones, & Adverbia optandi, vocandi, demonſtrandi, hortandi, reſpondendi, &c. in declaranda oratione primo ſumentur, deinde vocativus, mox nominativus verbo perſonali præfixus ſequente altero a tergo.*
2. *Voces conſentientes ſeu concordantes non ſejunguntur ut ſubſtantivum & adjectivum, nominativus & verbum: quæ autem reguntur regentibus debent poſtponi, præter interrogativas, relativas, negantes, paucasq́ alias.*
3. *Si adeſt verbum imperſonale, ab eo inchoanda eſt oratio, ut Tædet animam meam vitæ meæ.*
4. *Relativum antecedēti neceſſario poſtponitur, ideóque obliquus caſus interdum nominativo verboq́ præponitur, ut Quemq́ trahit ſua voluptas. Ciceronis indiget ſuus filius. Patrem ſequitur ſua proles.*
5. *Si quid ſubauditum latet ſuppleri debet, ut Me miſerum ſubauditur ô, vel heu.*

Syntaxeos Finis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

ANTONII CAUCII

DE PROSODIA.

Proſodia eſt Grammaticæ pars, quæ ſyllabarum quantitatem accentumq́; docet.

Literæ a,b,c,d,e,f,g,h,i,j,l,m,n,o,p,q,r,s,t,u,v,x, y,z,dividuntur in vocales,aſpiratione & conſonantes.

Vocales ſunt a,e,i,o,u & y:ex quibus fiunt diphthongi,æ ut æs,œ ut cœna,au ut aurum,eu ut Eurus, ei ut fonteis.In dictionibus ſuadeo,ſueſco,languor,unguentum,loqui, coquus &c. rapitur u, veraq́; meo judicio diphthongus ineſt.

Aſpiratio una eſt h : reliquæ literæ conſonãtes ſunt, ex quibus

habentur	*duplices, x, z, & j inter vocales.*
	mutæ, b, c, d, f, g, p, t.
	liquidæ, r & l: olim etiam m & n.

Omnis ſyllaba longa eſt, vel breuis, vel communis.

REGULÆ DE SYLLABARUM QUANTITATE.

Vocalis non finalis ante conſonantes aut duplicem in eadem dictione, vel diverſis longa eſt poſitione, ut Ingenium quõdam fuerat precioſius auro. exemplum, lex,gaza,ajo,major,hujus.

Exceptio.

Vocalis naturâ brevis,quam ejuſdem vocis ſyllaba à muta cum r inchoata ſequitur,communis in carmine cenſetur, ut tenebræ, volucris, inclinata à vafer,

ager,

ager, caper, pater, &c. *Idem etiam uſu venit mutam ſequentibus l, m & n, ſed rarius, ut in Atlas, cygnus, Arithmos, &c. quæ non niſi autoritate inſtructus corripueris.*

Non ſunt imitandi veteres, qui s liqueſcere & vaneſcere voluerunt cùm ante vocalem, tum ante conſonantem, ut

Succeſſus indignos noli tu ferre moleſtè.
Arboribus veteres decidere falcibus ramos, ubi dices,
Succeſſ' indignos, & ——falcibu' ramos.

Diphthongus omnis longa eſt, ut ætas, aurum, euge, fœlix, plureis. At præ in compoſitis ſequēti vocali corripitur, ut in præeo, præeſſe, præuro.

Vocalis antè vocalem corripitur, ut pius, reus, Deus, tuus, alterius.

Exceptiones.

producuntur

- **a in** — *aër, Caius triſyllabo &, penultima genitivi antiqui primæ declinat. ut aquai, aulai.*
- **e in** — *eheu, heu diſſyllabo, penultima genitivi & dativi quintæ declinat. præcedente i, ut ſpeciei, diei. & antepenultima poſſeſſivorū in eius, ut Aeneius, Priameius. nec non vocativis Pompei, Vultei, &c.*
- **i in** — *dius, a, um, gtō alius, & omnibus perſonis verbi fio quatenus r abeſt, ut fiunt, fiam, fiebam, ut & in confio, deſio, & deſioculus.*

Anceps porrò eſt i in Diana, & cæteris genitivis in ius, ut illius, unius, ſolius: & o in ohe. Idem de aha & vaha quidam opinantur.

Accentus quantitatem etiam inſinuat: nam penultima longa acui ſolet, quæ ſi brevis fuerit, accentus in antepenultimam retrocedit, ut legére, legere. In diſſyllabis opus erit additione, ut probus, improbus, paro præparo, in polyſyllabis imminutione, quæ docebit ce in feceramus corripi, quia feceram corripitur.

De Compoſitis.

Syllaba tanta eſt in compoſito quanta in ſimplici, etſi vocalis aut diphthongus mutetur, ut ludo, colludo, lego perlego: lædo illido, taceo reticeo.

Corripies tamen maledicus & cauſidicus à dico: dejero & pejero a juro: ſemiſopitus à ſopio: innuba & pronuba a nubo, a quo & connubium antepenultima communi. Produces verò participium ambitus & comitia a ſupino itum.

De derivatis.

Dictio derivata originis quantitatem caracteriſticis literis manentibus retinet, ut amabilis ab amatum: errabundus ab erratum: delebilis à deletum.

Exceptiones.

A primitivis brevibus produces, vox vocis à voco, lex legis à lego, ſedes à ſedeo, laterna a lateo, remus à remeo, vena à venio, vires à vireo, vomer à vomo, rapum a rapio, macero a macer, ceritus a Ceres, pedor à pede, jugerum à jugum, tegula a tego, regula à rego, Gradivus à gradus, feralis a ferendo vel fera,

vitupero à vitium & paro.

Corripies à primitivis longis dicax à dico, dux ducis à duco, lucerna à luceo, arena & ariſta ab areo, ſtabilis à ſtabam, vadum à vado, nato a natum, noto à notum, vitiũ a vito, fatuus à fatum, acerbus ab acer, ſtatus a ſupino ſtatũ ſagax a ſagio, ſopor à ſopio, &c. quæ exemplis & lectione comprahendentur.

De præpoſitionibus in compoſitione.

Producuntur Præpoſitiones { *ſe, ut ſecubo, ſepono.* / *co, ut cogo.* / *di, ut diduco, &c. præter dirimo & diſertus.* / *pro, ut promitto, profero, prodo.*

Verũ corripitur in profari, profiteor, profectus, procio pro peto, & græcis pleriſq; : item in pronepos, profugo, profugio, profugus, profugium, proficiſcor, profano, profanus, procello, procella, profundus, quæ à procul formata videntur: his etiam ſimplicia addunt proco & procor, procus, profecto, protervus, prope, &ce.

Variatur in verbis propino, procurro, profundo, propello, propago. Propago pro vite producitur, pro progenie corripitur.

Corripiuntur præpoſitiones { *o in omitto.* / *re ut repono, remitto, &c. Extenditur tamen in refert pro intereſt.*

Reliquæ terminationis quantitatem retinent.

De Præteritis & Supinis.

Præterita & ſupina diſſyllaba habent priorem

 longam,

longam, ut legi, vidi, ſivi, flevi, fudi: fuſum, viſum, luſum, &c. Excipe quæ eandem corripiunt dedi, ſteti, bibi, tuli, fidi, ſcidi: datum, ſtatum, ratum, ſatum, itum, quitum, citum a cieo, litum, ſitum, rutum.

Cætera in vi præterita penultimam quoque producunt cum ſuis ſupinis, aliiſq; in utum, ut amavi, amatum: petivi, petitum: implevi, impletum: pollutum, indutum.

Præterita per reduplicationem formata duas priores corripiunt, niſi poſitio impediat, ut tetigi, pepigi, peperi, cecidi, cucurri, fefelli, &c. exceptis pepedi & cecidi a cædo, quibus media eſt longa.

In reliquis cùm præterita, tum ſupina præſentis quantitatem ferè ſequuntur, ut domo, domui, domitum, habeo, habui, habitum: teneo, tenui: rapio, rapui: amo, amavi, amatum priore ſemper brevi, &c. præter pono, poſui, poſitum: poſſum, potui: gigno, genui, genitum, & ſi quæ alia.

I & e in fine prioris partis compoſitæ vocis corripitur, ut omnipotens, artifex, aurifaber, parricida, tubicen, cujuſcemodi, &c.

Exceptiones.

Producuntur nequicquam, ibidem, ubique, tibicen, cum iis in quibus i ex inflexione provenit, ut unicuique, quantivis, quantilibet, &c. item quotidie, quotidianus, meridies, meridior, etſi à Neotericis quandoque corripiantur.

Variantur ubicumque, ſiquidem, pridie, poſtridie, cum compoſitis ex verbis ſecundæ conjugationis & fa-

cio, ut calefacio, madefacio, liquefacio in quibus productio videtur recepta ob brevium multitudinem.

De verborum incrementis.

In verborum incrementis, augmentis ſeu productione quantitatem ſyllabarum ex analogica motione ac præceptoris prolatione tyro cognoſcet: nam omnia non dicta ſuæ conjugationis thema ſequūtur, niſi quod a in do & compoſitis ejuſdem flexionis corripiatur primo incremento cùm produci debeat tota prima cōjugatione. Nec Virgilium ſequeris, qui ſteterunt & tulerunt pen. brevi dixit, cùm ea perſona penultimam ſemper extendat.

De incrementis nominum. i. de penultima genitivi creſcentis.

In a tertiæ declinationis ſortiuntur penultimam genitivi brevem, ut poëma poëmatis.

In o producunt genitivum in onis, ut ſermo, ſermonis, &c. niſi Græcis in on deſinentia corripiantur veluti Agamemno, Macedo, Saxo. Omnis etiam genitivus in inis ab o corripitur, ut virgo virginis. David Davidis: Bogud Bogudis.

In c, el, neutra in al, & ſol genit. penult. extendunt, ut halec, Michaël, cervical: reliqua in l contrahunt, ut ſal, vigil, conſul.

Genitivus nominum in n pen. longa effertur, ut Titan Titanis, delphin delphinis: Verùm inis ab en corripies, ut lumen luminis. De on regula certa non poteſt præſcribi, quædā producuntur, ut Helicon, Vecton, quædam corripiuntur, ut canon, dæmon.

In ar & or genitivum edunt pen.longa, præter nectar, hepar, jubar, par, lucar pro ave: arbor, memor, æquor, marmor, & græca in or. Ador ador is pen.communi.

Genitivum corripiunt in er, ir, ur, ut mulier, æther, vir, vultur. Excipe fur, ver, Iber, aliáque græca in ter, ut crater.

In as & os protrahunt genitivum, ut vas vaſis, honos honoris. Demtis mas, anas, & iis, quæ in adis exeunt: bos, compos, impos.

In es & is genit. formant correptũ, præter locuples, quies, merces, hæres, manſues, græca per etis flexa: glis, dis, lis, Samnis, Quiris.

Ab us genitivus corripitur, ut pecus pecudis, intercus intercutis, Ligus Liguris. Producuntur tamen reliqui in udis, utis, & uris, ut & omnes comparativorum genitivi.

In s præcedente conſonante corripiunt genitivum, ut trabs. [redacted], hyems. Sed pen. lõga moventur hydrops, Cyclops, ſeps, plebs. Caput capitis pen. brevi.

Genitivi penultimam producunt nomina in x, ut pax, vibex, lex, rex, maſtix, &c. Eandem verò corripiunt reliqua in gis, & in icis ab ex ut harpax, grex, vertex: item fax, abax, atrax, colax, dropax, ſmilax, nex, ſenex, pix, nix, appendix, coxendix, calix, ſalix, natrix pro ſerpente, varix, filix, hyſtrix, fornix, onyx, præcox, cappadox, nux, dux, trux, crux. Syphax & Bebryx genitivi penultimam variant.

Appen-

Appendix.

Penultima genitivi quantitatem alii caſus retinēt. Non creſcentium facilis eſt ratio, nam eorum obliqui rectum ſequūtur. Penultima genitivi pluralis primæ, ſecundæ, quintæq; declinationis producitur ſemper.

De primis & intermediis ſyllabis hæc tyronibus ſufficerint, dūmodo Poëtarum lectionē diligentē adjunxerint, unde ſibi exactiorē quātitatis cognitionē parēt.

De ultimarum ſyllabarum quantitate.

A in fine dictionis breve eſt, ut vita, bulla, ita, quia, putà adverbium. Produces ablativos: numeralia in ginta: vocativos à nominativis in as ut Aenæa, Atla: & verba ut ama, canta, cum reliquis quæ non declinātur, ut à, contra, infra, ſupra, ultra fruſtra, &c.

E in terminatione corripitur, ut mare, dulce, diſce, legere, benè, malè, ritè, mage pro magis, te ſyllabica additio.

producitur tamen in

1. *prima declinatione, ut ſyncope, Anchiſe.*
2. *pluralibus ſubſtantivis, ut cete, tempe.*
3. *ablativis quintæ, ut fame antiquè, ſpecie, die, re cum compoſitis hodie, quotidie, pridie, poſtridie, quare.*
4. *monoſyllabis me, te, ſe, de, è, ne prohibendi: & ferè ferme, ohe cum adverbiis derivatis à nominibus ſecundæ declinationis, ut pulcrè, doctè, rectè, optimè.*
5. *ſecunda perſona ſingul. Imperativi 2æ conjugationis, ut doce, mane, tace, &c. Demtis cave & vale quæ variantur.*

I finale

I finale longum eſt, ut ſervivi patri domini tui. Indifferens eſt in mihi, tibi, ſibi, cui diſſyllabo, ubi, ibi, & dativis græcis, ut Minoidi, quibus addunt niſi & quaſi, quæ rectiùs corripies.

Corripitur porrò i in meli & vocativis tertiæ declinationis, ut Pari. Eſt & y breve ut moly, niſi ſubſit ſynæreſis ut Tethy pro Tethyi.

O commune eſt, ut virgo, amo, tacendo, quomodò, ſedulò, crebrò, ſerò, mutuò, profectò.

Extenditur in monoſyllabis, ut flo, no, do, ſto, pro, ò: dativis & ablativis atque adverbiis in ortis, ut eò, tantò, quantò, certò, meritò, falsò, &c. nec non genitivis reliquisq; græcis in ω ut Echo, Dido, præter ego quod ſemper corripies.

Corripitur in ſcio, neſcio, duo, illicò, modò, citò.

U longum eſt, ut tu, genu, fructu, dictu.

B, d, t brevia ſunt, ut ab, ob: ad, apud, quid: clamat, docet, inquit, caput, etſi Virgilius produxiſſe videatur, Nam tibi Tymbre caput Evandrius abſtulit enſis.

C producitur, ut ac, hac, hoc, halec, dic, hic adverbium, duc, huc. Breve eſt in nec, donec, lac: anceps verò in pronomine hic, cui addunt fac, quod rectiùs corripueris.

L correptum eſt tribunal, mel, vigil, conſul. præter producta, Pol, ſol, nil, & Barbara in el, ut Michaël, Daniel.

In vocum calce producitur n, ut Titan, en, ſplen, quin, delphin, non, Actæon. At corripitur in an, in, forſan, forſitan, tamen, attamen, & iis quæ en in inis

genitivo vertunt,ut carmen,pecten, aut per Apocopen dicuntur,ut viden ? men ? dein, exin,proin,ſcin ? audin ?egon? et on ſecundæ declinationis ut Ilion, Pelion, &c. nec non in accuſativis à nominativis brevibus,ut Alexin,Parin,Maian,Medean,&c.

R breve eſt,ut calcar,liber, vir, vultur, ardor, cor quod quidam anceps eſſe autumant. Extendi porrò debet in far,lar, nar, par & compoſitis, cur, fur, ver, cum græcis in er quæ genitivo creſcunt , ut aër, æther, crater,character,&c.

Terminatio as producitur,ut ætas,probitas. Excipe correpta , quibus genitivus in adis vel ados exit , ut Pallas,lampas: & accuſativos plurales tertiæ declinationis,ut Heroas,Rhetoras,&c.

Es protrahitur, ut Ceres,aries,paries,abies,ſpes,pes cum compoſitis,es ab edo.

Except.

Contrahitur tamen in penes,hypomanes,cacoëthes, es à ſum & compoſitis ades,potes,prodes,&c. & in ſingularibus latinis, quæ penultimam genitivi creſcentis tertia declinatione brevem habent,ut ſunt ſeges,dives, miles,eques : nec non in pluralibus græcis,quorum genitivus crevit,ut Arcades,Thraces.

Is corripi debet,ut piſcis,opis,dicis. Attamen produces in caſibus pluralibus ut dominis nullis, fontis pro fontes : & in nominibus glis,vis, dis, lis, aliíſque quorum genitivus in itis penult. longa exit : item in ſis pro ſi vis, vis cum compoſitis quivis, quanvis, &c. reliquiſq̃ ſecundis perſonis ſingularibus , quoties plu-

ralis

ralis deſinit in itis pen. longa, ut audis, velis, ſis, poſſis, præſis, &c.

Adde quod 2a. perſona ſingularis fut. Conjunctivi communis in verſu cenſetur, ut dederis, dixeris: unde & pluralis pen. longa legitur —vitam dederitis in undis. Ovid.

Os producitur, ut dominos, cos, dos, bos. Breve autem eſt in compos, impos, os oſsis, & genitivis ut Pallados, lampados: aut nominativis ſecundæ declinationis, ut ſynodos, chaos, melos.

Corripitur us, ut annus, curſus, vivimus. Verum extenditur in monoſyllabis, ut grus, ſus, plus, & nominativis quibus genitivus eſt in utis, untis, udis, vel uris penul. longa formatur, aut vocativus in u, ut Ieſus. item in genitivis ut Didus, Sapphus fructus, cum nominativo, accuſativo & vocativo plurali in quarta declinatione, ut hi, hos & ô fluctus, fructus.

Exceptio generalis.

Syllaba, quæ verſum claudit, communis habetur.

DE PEDIBUS.

Pes eſt certa ſyllabarum conſtitutio.

Pedes præcipui & uſitatiſsimi.

Spondæus conſtat	— —	ut. fœlix.
Pyrrhichius	∪ ∪	ut, Deus.
Trochæus	— ∪	ut, annus.
Iambus	∪ —	ut, filix.
Dactylus	— ∪ ∪	ut, utilis.

Ana-

Anapæſtus	◡ ◡ —	*ut, ſpecies.*
Moloſſus	— — —	*ut, audiri.*
Tribrachis	◡ ◡ ◡	*ut, bibere.*
Amphimacer	— ◡ —	*ut, caſtitas.*
Amphibrachys	◡ — ◡	*ut, libellus.*
Bacchius	◡ — —	*ut, egeſtas.*
Antibacchius	— — ◡	*ut, cantare,*
Proceleuſmaticus	◡ ◡ ◡ ◡	*ut, hominibus.*
Choriambus	— ◡ ◡ —	*ut, excubiæ.*

Reliqui rariores ſunt, & ex ſimplicibus ac præſertim diſſyllabis compoſiti.

VERSUUM GENERA USITATIORA.

Hexameter.

HExameter ſeu heroicus verſus ſex pedum regionibus ſive menſuris conſtat, quarũ quinta Dactylum, ſexta Spondæum ſibi vendicat: reliquæ utrumlibet recipiunt, ut

Omnibus in rebus modus eſt pulcherrima virtus.

Notatio.

In magnis operibus poëtæ quinto loco Spondæum receperunt gravitatis aut doloris languorisve exprimendi gratia, ut

Cara Deûm ſoboles, magnũ Iovis incrementũ, &
Conſtitit atque oculis Phrygia agmina circumſpexit.

Occurret & per ἀῤῥυθμίαν, *Anapæſtus, ſed rariùs, ut*

Fluviorum rex Eridanus camposq́ per omnes, niſi malis per Synæreſin Spondæum eſſe. Et Proceleumaticus, ut Genua labant. Aen. 5. Item, Tityre paſcentes à flumine rejice capellas. Sed hæc & ſimilia per ſynæreſin tutiùs excuſabis, quàm imitaberis.

Pentameter.

Verſus Pentameter quinque pedum locis abſolvitur, quorum duo priores Dactylum vel Spondæum indifferenter admittunt remanente ſyllaba pentemimeriſtica. i. quæ tertii pedis initium faciat, ſequentibus duobus Dactylis & ſyllaba quæ cum ſuperiore tertiam implet regionem, ſic

Implentur numeris deteriora ſuis.

——/— ∪∪/—/— ∪∪/—∪∪/—.

Alii hoc metrum per Anapæſtos ſcandunt, ſed faciliorem viam ſecutus ſum.

Appendix.

Hexameter & Pentameter juncti Elegi appellantur & carmen Elegiacum, ac in longiore argumento Elegia.

Phaleucius.

Phaleucius verſus conſtat Spondæo, Dactylo & tribus Trochæis, ut

Quod ſis eſſe velis nihilq́ malis.
Nec ſummum metuas diem, nec optes.

Catullus tamen primo loco uſus eſt Trochæo & Iambo.

Adonius.

Adonius ex Dactylo & Spondæo conſtat, ut Scribere carmen.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Sapphicus.

Sapphicus verſus conſtituitur ex Trochæo, Spondæo, Dactylo & duobus Trochæis. Tribus Sapphicis verſiculis Adonius ſubjicitur, ut

Vivitur parvo benè, cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum:
Nec leves ſomnos timor, aut cupido
Sordidus aufert.

Choriambicus.

Aſclepiadæus ſeu Choriambicus verſus vulgò quatuor pedibus abſolvitur, Spondæo, duobus Choriambis & Pyrrhichio, ut

Creſcentem ſequitur cura pecuniam.
Ignoſcas aliis multa, nihil tibi.

Glyconius.

Superiori deme Choriambum, & erit Glyconius, ut

Non tantùm tibi natus es.
Magnas inter opes inops.

Tribus Choriambicis annecti ſolet. Eſt & aliud genus (Alcaicum Choriambicum vocant) in quo tres Choriãbi ordine ſpectantur, quod, ut & alia quædam, ex Horatio peti ſine negotio poterit.

Iambici.

Iambicus Dimeter quatuor, Trimeter ſeu ſenarius ſex pedibus conſtat: recipiunt autem locis imparibus Iambum, Tribrachum, Spondæum, Dactylum & Anapæſtum, paribus verò Iambum, Tribrachum & interdum Spondæum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Dimetri.

Mortem timere deſine,
Vitare quam nullus poteſt.

Trimetri.

Bono probari præſtat, quàm multis malis.
Diſcordia ſit carior concordia.
Obſequium amicos, veritas odium parit.

Ab Iambo pede Iambici dicuntur, qui præcipuus eſt in hoc genere, & quò frequentior, hoc majorem venuſtatem adfert, adeò ut ſolus omnes ſedes implere poſſit, hoc modo

Amantium iræ amoris integratio eſt.

Offendes apud Comicos etiam locis paribus Anapæſtum. Reliqua Iambici metri genera neceſſe non eſt hic perſequi.

DE CÆSURA.

Cæſura eſt cùm pes ab ultima ſyllaba inchoatur, ut

Sylveſtrem tenui muſam meditaris avena.

Tanti autem fuit & præſertim pentemimeris. i. pedis tertii cæſura ob venuſtatem, quam metris conciliat, ut ejus gratia brevem produxerint, ut Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

DE SCANSIONE.

Verſus ſcandere eſt metiri & in ſuos pedes digerere, quod ut commodè fiat, tenẽdæ ſunt figuræ, Synalœpha, Ecthlipſis, Synæreſis, Diæreſis.

De Synalœpha.

Synalœpha finalem vocalem ſequente alia in eodem verſu abſumit, ut Difficile eſt triſti fingere mente jocum.

jocum. Veteres tamen vocalem longam interdum modò corripuerunt, ut Credimus an qui amant ipſi ſibi ſomnia fingunt: interdum nihil immutarunt, ut

Et ſuccus pecori & lac ſubducitur agnis. Item

Poſthabita coluiſſe Samo, hic illius arma. Verùm enimverò nunquam elides heu nec ò.

De Ecthlipſi.

Ecthlipſis ante vocalem interimit m finale cum ſua vocali, ut

Humanum eſt labi, ſcelus eſt non ſurgere velle:
Qui videt errorem, & corrigit, ille ſapit.

Vetuſtiſſimi poëtæ non ſemper hanc obſervarunt, ut Lucretius Corporum officium eſt, &c.

Notatio de Hypermetris.

Ex his figuris fluxit Hypermeter ſeu hypercatalecticus verſus, in quo ſyllaba vocali aut m terminata redundat, quæ in ſequentem verſum tranſit hoc modo,

Iactemur doceas, ignari hominumq́ue locorumq́ue
Erramus, &c. Invenies hypermetros in aliis quoque generibus, ſed non imitaberis.

De Synæreſi.

Synæreſis eſt ejuſdem dictionis duarum ſyllabarum, in unam contractio, ut

Libra diei ſomniq́ue pares ubi fecerit horas.

Sic anteit, Theſei fiunt diſſyllaba, & alvearia quadriſyllabum.

Porrò cuivis permittitur Synæreſis in cui, huic, ii, iis, dii, diis, dehinc, dein, proin & compoſitis, nec non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

dees, deeſt, deeſtis, deeram, deero, &c. ſemianimis, proüt, deorſum, ſeorſum, prehendere.

De Diæreſi.

Diæreſis ſeu Dialyſis eſt unius ſyllabæ in duas diviſio, ut

Debuerant fuſos evoluiſſe ſuos.

Aliquot vocum figuræ poëtis familiares.

Aphæreſis eſt temnere pro contemnere.

Syncope, deûm pro deorum : vixet pro vixiſſet.

Apocope, peculi pro peculii : victu pro victui

Protheſis, gnatus pro natus.

Epentheſis, navita pro nauta : induperator pro imperator : alituum pro alitum à nominativo ales alitis.

Paragoge, amarier pro amari.

Diaplaſiaſmus, relligio, repperit, rettulit, relliquias.

Tmeſis, ut Quò nos cumq; vocat Deus aut fortuna ſequamur.

Reliquas poëtis peculiares figuras uſus & lectio tyronibus ſuppeditabunt, quorum ingenia pluribus onerare viſum non eſt.

FINIS.

In hoc inſigni Grammatices compendio quod S. Roman. Catholicæ eccleſiæ Religioni contrarium ſit, reperitur nihil, & inſtituendis pueris utiliſsimum eſt & dignum ut imprimatur. Datum Antuerpiæ anno 1577. die 28. Auguſti.

D. Henricus Zibertus à Dunghen S.T. D Cano.
Antverpienſis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

ANTUERPIÆ,
EXCVDEBAT AEGIDIVS RADEV
PRID. KAL. OCTOB.
M. D. LXXVII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 117 [47,-62 8°]